magnitudine inuidiam ſuperare.Quod ſicui penitus omni periculo carentem ſecuritatē atq; animi requi-
em ſectari placet:& Alcibiadis in cōcione uehementiam reformidat: aut in termophilis Lacedæmonum
ærumnas:aut in Thracia Perdicæ labores extimeſcit:latiſſimus in ciuitate patet campus ad ociandum:ubi
ignauus conſidens atq; ocioſus ſignitiæ coronam ſuo capiti contexere poſſit:ut ſophiſtarum quidam dice-
re conſueuerunt.In quo genere forte Niciam aliqui connumerarent:fuit enim pacis &ocii amantiſſimus:
&ſoluendis aut componendis bellis aptiſſimus:quæ uirtus propria græcorum eſſe uidetur. Atq; in hoc
nulla ex parte Nicias eſt craſſo comparandus:qui caſpium pelagus atq; iudicum oceanum romani impe-
rii terminos fore deſtinauerat.Neq; uero decet cū te uirtute ac potentia ſuperiorē intelligas: deterioribus
cedere:neq; principatu īdignos uiros ad gubernādum remp. adſciſcere:neq; maximis de rebus improbis
atq; infidis uiris fidem præſtare.In quibus omnibus deliquiſſe Niciam non obſcurum eſt:qui cleonē gar-
rulum ſane & clamoſum rabulam impudentiſſimum præterea atq; audaciſſimum uirum magni exerci-
tus imperatorem deligi fecit.Nec craſſi in bello ſpartaco celeritatem laudo:qui feſtinationis magis q̄ ſecu-
ritatis rationem ducens manus conſerere properauit:ne ſuperaduenieus Pompeius perfecti iam ꝓpemo-
dum belli gloriam auferret.ut Mummius Metello apud corinthum bellum gerēti abſtulerat. Sed illud
Niciæ non parum delictum uideri debet:non aduerſariorum opibus aut potentia deterritus ſed militādi
laborem ac periculum reformidans:maluit cum res ſuas in tuto collocaſſet:rempub.periclitari:q̄ ſuo peri-
culo ſalutem reipub.quærere:q̄uis Themiſtoclis factum intueri poſſit:qui bello perſico cum non idoneū
imperatorem creatum animaduerteret:atq; illum rei gerēdæ imparem iudicaret:ne demēs unus atq; im-
probus uir totius ciuitatis ſalutem in diſcrimen abduceret:pecunia data ſeſe ut imperio abdicaret effecit.
Cato autem quo tempore motus maximos ac perturbationes reipub.inſtar conſpiciebat:tribunatum pe-
tiuit.Nicias uero cōtra Minuma & citheram ac Mileſios imperatorem ſe fieri paſſus cōtra lacedæmonios
bellum gerere noluit:ſed imperatorium exuens paludamentum cleonis dementiæ atq; audaciæ uiros ar-
ma naues & totius reipu.imperium comittens non modo propriam gloriam ſed defenſionē patriæ atq;
ſalutem neglexiſſe uidetur.Quapropter non ita multopoſt inuictus atq; reluctans contra Syracuſios bel-
lum gerere coactus eſt:cum non utilitatis aut dignitatis cauſa:ſed animi mollicie atq; deſidia quātum ī ſe
eſſet:obſtare uideretur:quo minus potentiſſima Siciliæ ciuitas atheniāſium imperio ſubiiceretur:q̄q̄ hoc
nō minus ignauiæ:ac ſecordiæ q̄ immenſæ uirtutis &bonitatis teſtimonium uideri poteſt.Quod cū ſem-
per ab illis gerendis fuerit alienus:cūq; ſemper imperandi munus detractauerit:nunq̄ populus quaſi uirū
optimum ac peritiſſimum ducem ad maxima quæq; bella ſuffragiis diligere ceſſauit.At craſſo:cum belli
ſemper & imperii fuiſſet auidiſſimus:nunq̄ niſi bello ſeruili populi ſponte imperium accipere contigit:q
per id temporis Pompeius Metellus atq; ambo Luculli bellis aliis impliciti tenerentur:& tunc tamen opi-
bus & potentia magnus craſſus habebatur.Verum illud comici poetæ dictum præclare ſibi conuenire ēt
amiciſſimi fatebantur:Virum illum cæteris in rebus q̄ in clypeo geſtando optimum eſſe: neque ſatis ta-
men hæc opinio Romanis pro fuit:amicorum multitudine & ambitionis exceſſu maximum exercitū ſi-
bi tradere coactis.Athenienſes enim inuitum ac renitentem niciam ad bellum impulere.Craſſus uero īui-
tos ac abnuentes Romanos eduxit ad bellum:& propter hunc quidem ciuitas ille autem propter ciuitatē
maximum īfortunium ſubiit:Atq; magis in his rebus laudare niciam q̄ uituperare craſſum licet. ille enī
prudentis imperatoris ratione utens ſuorum ciuium ſpem non fruſtrabatur:ſed metus cauſa:ut ab Sicilia
abſtinerent:hortabatur.hic autem tanq̄ facillimum opus bellum parthicum aggreſſus uehementer q̄dē
ab eo quod propoſuerat aberrauit:magna tamen animo concæpiſſe iudicatus eſt.Cumq; ceſar occidentis
populos celtas germanos & Britanniam inſuper domuiſſet:ipſe ad orientis imperium comparandum in-
tenderat animum:& Aſiam omnem romanis ſubdere conabatur:quod etiam Pōpeius affectabat. Lucul-
lus uero utriq; aduerſabatur.Itaq; cum Pompeio Aſiæ imperium a populo mādaretur:ſenatus obſtitit.ce-
ſarem quoq; cum trecenta germanorum milia cæcidiſſent:cato hoſtibus dedendum atq; eius capite oēm
Deorum iracundiam ob uiolata fœdera contractam expiandam cenſuit.At uero populus catonis ſenten-
tia contempta quindecim dierum ſupplicationes ī eius uictoriæ honorē decreuit.Quātā igitur futurā læ-
ticiam quantaq;ſacrificia arbitramur:ſi craſſus ex Babylone litteras ad ſenatum mittens Mediā Perſidem
Hyrcaniam Suſas & Hactra romanorum prouincias eſſe nunciaſſet:Oportet enī(ut Euripides īquit)eos
qui in ocio degere quiq; ſuis rebus eſſe cotenti nequeunt:quando aliis iniuriam inferre uolunt:non Scan-
diam aut Mendim uiliſſimas inſulas inuadere nec patriam fugiētes Eginetas & tanq̄ aues regionem mu-
tantes perſequi:ſed magna iniuſticiæ premia quærere:quibus iuſtitiæ facta iactura:nō quidem paruæ aut
contemnendæ rei penſetur:nec illi ſatis recte iudicare uidentur:qui cum Alexandri laudent expeditionē:
Craſſi audent uituperare conatus:Neq; enim decet ex euentu rei iudicia facere.Sed nos ad inſtituta redea-
mus:niciam permulta in bello præclara facinora edidiſſe cōſtat:multis enim præliis hoſtes ſuperauit: & a
capiendis Sycacuſis paulum quid abfuit:nec quæ errata ſunt:omnia ſua culpa euenere magnum enim re-
bus gerendis aduerſa ualitudo impedimentum attulit:plurimum etiam ciuium qui domi erant inuidiā
accuſare licet:craſſus autem propter innumearam erratorum multitudinem nullum fortunæ uituperan-
dæ locum reliquiſſe uidetur:atq; ſola eius apparet accuſanda ſtulticia:quam non tantum Parthorum uir-

tute:quantum aduerſa Romanorum fortuna ſuperatam fuiſſe putãdum eſt.Præterea cum nullũ diuina
tioni ſignum Nicias aliquãdo neglexit:hic autem omnia penitus Deorum portenta contẽpſerit:utriuſq;
tamen idem ferme exitus fuit.Difficilis ſane res ad iudicãdum:licet illi minus uituperãdi uidenť:q peruí/
caciæ & ſuperbiæ crimẽ fugintes ueterum opinionem atq; auctoritatem ſecuti:ꝓpter nimiam religionẽ
delinquunt.In morte uero Craſſus laudabilior:qui nunq̃ timori aut labori ſuccumbens:ſed amicoꝝ pci/
bus & uoluntati obtemperans:tam etiam hoſtili fraude deceptus ĩteriit.Nicias autem turpi & infami ſpe
ſalutis ductus ſupplex ad hoſtium genua procũbens turpiorem ſibimet ipſe mortem effecit.

## AGESILAI VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRAECO IN LATINVM PER ANTONIVM TVDERTINVM VERSA.

NON SVM EQVIDEM NESCIVS DIFFICILLIMVM ESSE AGESILAI Virtuti &
gloriæ parem commendationem inueniri poſſe.Verumtamen aggrediendum eẽ cenſeo:
quoniam rationi minime conſentaneum foret:eum nec inferiorem laudem aſſequi debe/
re:propterea ꝙ ad ſummum perfectæ probitatis culmen peruenerit.De ſui igitur generis
nobilitate quid maius quidue præſtantius dici poſſet:q̃ maioribus ſuis ĩ hodiernum uſq;
diem nomine denumeratis &eis quidem non priuatis uiris:ſed regibus regum filiis quo/
tus ab Hercule fuerit:memoria facile colligitur?Neq; tamẽ de his quiſquã hoc nomine queri poſſit:ꝙ re/
gnum quidem poſſidebãt:Sed urbis parum illuſtris.Nam ſicut eorum genus totius patriæ honeſtiſſimũ
eſt:ita & urbs ipſa uniuerſæ græciæ celeberrima:adeo ut non inter ſecundos primi ſed ĩter principes prin
cipatum obtineant.Illud quoq; haud eſt ſilentio prætereundum:quod ad communem & patriæ & ſui ge
neris laudem pertinet:ꝙ ſcilicet nunq̃ ciuitas eorum regnum excidere conata ſit:ideo ꝙ ipſos honore cæ/
teros anteferri inuidia torqueretur.Nec ipſi reges maiora unquam affectauerunt:q̃ an initio regni ſui
poſſediſſent.Quocirca cum nullam adhuc gubernandi rationem cognouerimus:neque popularem neq;
paucarum poteſtatuum neque tyrannidem neque regiam dignitatem:quæ ſtabilis & abſq; interruptio/
ne perſeuerarit:hoc tamen ſolum regnum aſſidue ſucceſſiueque durare cernimus.Ageſilaum uero etiam
anteq̃ regnum ſit adeptus:imperio dignum fuiſſe hoc facile argumento dignoſcitur:ꝙ cum rex Agis diẽ
ſuum obiſſet:Letychidaſque hinc ut Agidis:hinc Ageſilaus ut Archidami filius pro regia dignitate con/
tenderent:uniuerſa ciuitas Ageſilaum & genere & uirtute minus repulſa dignum iudicauit:& eundem
regem cõſtituit.Quare cum in urbe potentiſſima ad excellentiſſimum delegi munus ab optimis merue/
rit:nulla alia coniectura opus eſt eius uirtutem qua etiam ante regni adeptionem præditus erat:compro/
bare.Quæcunq; autem in regno ſuo geſſerit:iam deinceps q̃breuius potero percurram.Nam ex rebus ge
ſtis ipſius quoque mores optime(ut opinor)ſpectare licebit.Cum igitur Ageſilaus iuuenili adhuc ætate
florens regnum aſſecutus eſſet:haud longo poſt tempore uulgatum eſt:Perſarum regem tanquã aduer/
ſus græcos ingentem terra mariq; exercitum cogere.Quaquidem de re conſultantibus Lacedæmoniis ſo
ciiſque:Ageſilaus ſi ſibi ſpartanos quinquaginta:ingeniorum quos illi Neodomadas uocant tria milia:cõ
fœderatorum uero ſex milia tradidiſſent.In aſiam traiecturum & faciendæ paci operam ſe daturum re/
cepit:uel ſi bellare barbarus maluerit:tantum ſe illi negocium exhibiturum ut ei contra græcos exerci/
tum mouere nequaq̃ ocium ſuperet.Quo audito hilari ſtatim animo plurimi cõcupiuerũt:ut poſtq̃ rex
antea in Græciam traiecerat:eodem modo aduerſus ipſum copiæ tranſportarentur & id eligẽdum ut ab
inuadente potius q̃ expectãte cum eo depugnaretur:atq; hoſtium potius q̃ græcorum agri bello uaſtarẽ/
tur:quodq; omnium maximum uidebatur ut non de Græcia ſed de Aſia dubium certamen cõſtitueret.
Poſtq̃ uero in Aſiam cum exercitu nauigauit:quemadmodum imperatoriam artem exercuit:haud quaq̃
ego dulcedinis q̃commemorãdis rebus geſtis replicari poſſe arbitror:in Aſia igitur hoc primum geſtum
eſt:Tiſſaphernes Ageſilao iureiurando affirmauit:ſi ſecum inducias tantiſper uellet:dum rediret quos ad
regem mitteret oratores:ei ſe effecturum:ut Græcorum urbes quæ in Aſia erant:liberæ ac ſuis legibus de
gerent.Cum contra Ageſilaus inducias integra fide facturum ſe iurauit:præfinito tamen ad id agendum
trium menſium ſpatio.Tiſſaphernes quæ iurauerat:ſtatim ementitus eſt.Nam cum de pace auctorem ſe
promiſiſſet:ingentem a rege exercitũ præter copias quas ſecũ habebat:depopoſcit.Ageſilaus uero etſi hæc
omnia præſentiſceret:fœdera tamen apud ſe iuiolata eſſe uoluit.Quapropter hoc primum ab eo egregie
factum mea ſentẽtia iudicari debet:ꝙ cum Tiſſaphernem periurum eſſe demonſtraſſet:effecit ut apud ne
minem fidem mereretur:Cumq; ſeipſum & iuſiurandũ magnifacere & cõuentiones minime fallere aper
te iam declaraſſet:eo peruenit:ut nec græci nec barbari quocunq; iure ſecum inire fœdus uererentur.Cæ/
terum cum recepto nouo exercitu Tiſſaphernes elatitior factus ageſilao niſi ex Aſia decederet bellum in
dixiſſet:& conſederat:& lacedæmonii qui ibi aderant non mediocriter triſtari uidebãtur:ꝙ Ageſilaum re
gio apparatu uiribus imparem eſſe cenſerent.Ageſilaus uero hilari admodum fronte ꝑ legatos Tiſſapher
ni nunciat:ei non paruam ſe gratiam habere quot periurio ſuo Deos ſibimet infenſos uendicaſſet:græcis
uero propicios & ſuarum partium fautores reddidiſſet:Militibus dehinc tanq̃ in expeditionem caſtra mo
uere imperat:urbibus uero:ad quas ſibi cum exercitu Cariam petenti peruenĩedum erat:ut commeatus
præparent:edicit.Similiter in omnibus ealibus & helleſpontiis per epiſtolam iubet:ut ſocios ad ſe ĩ Ephe/
ſum mittant.Tiſaphernes igitur:tum quia Ageſilaus equites non habebat:cum equitatu Caria minime
ſit permeabilis:tum quia ſibiipſi propter fraudem iratum eſſe cenſebat:exiſtimans re uera in Suam:quæ
in Caria erat:demum facturum impetum:omnes quidem pedeſtres copias eo tranſmiſit:equites autẽ ad
Meandri campum circumegit:ſperans ſe geæcos prius equitatu circumuẽturum:q̃ ad loca equis inuia ꝑ/

ueniſſent.Sed ageſilaus cum Cariam petere prædixiſſet:mutata ſtatim ſententia in Phrygiam uero cōuer
tit:aſſumptiſq; ſociorum copiis:in itinere ei occurrebant:& urbes ſubuertebat:& ante expectatum īuadēs
infinitam pecuniam diripiebat.Quare hoc quoq; imperatorium nauaſſe mihi uidetur:ꝙ poſtq̄ indictū ē
bellum:& aduerſarii crimine factū eſt:ut iam & ſancte & iuſte decipere liceret:Tiſſaphernem quiden pue
rilis ſimplicitatis hominem eſſe fraude illa demonſtrauit.Amicos uero eodē in loco prudentiſſime dicti/
tauit.Nam cum ob prædæ magnitudinē gratis ferme omnia uenderentur:amicos ut ea emerent monu/
it:ſignificans ſe mox cum exercitu ad mare deſcenſurum.Ipſis uero ſpolioꝝ uendendorum præfectis iuſ/
ſit:ut quanti quiſq; emeret:ſcripturæ quidem mandarēt:precium tamen ī præſentia remitterēt:eo pacto
amici eius nihil præſoluentes:nec tamen publicum defraudantes:maximam pecuniarum uim conſecuti
ſunt.Siqui præterea ad regem (ut ueri ſimilie eſt) tranſfugientes bona ſua clam ſubducerēt: ea per amicos
ſuos deprehēdi curabat:ut datiores ſimul &glorioſiores euaderent.Quibus quidē rebus q̄plurimos eue/
ſtigio amicitiæ ſuæ auidos effecit.Cæterum cum cognoſceret deprædatum ac deſolatum agrum diu exer
citum ſuſtentare non poſſe:frequentem uero incolis ac ſeminatum perpetuo ſibi cibum ſuppeditaturum
ſtudere cœpit:ut non tantū aduerſarios ui caperet:uerum etiam benignitate ad ſe alliceret.Nam ſæpe mi/
litibus ſuis in concione prædixit:ne captiuos ut iniuſtos cruciarent ſed uti homines ſeruarent.Sæpe etiam
dum caſtra transferret:ſi paruos mercatorum infantes:quos militia aut portandi incommodo aut alendi
inopia uendebant:derelinqui audiret:eos aliquem in locum cōportari curabat.Eodem modo & captiuo/
rum qui ob ſenium deſtituerentur:curam ſuſcipi mādabat:ne a canibus lupiſue erepti diſcerperent.Qui/
bus quidem ex rebus effectum eſt:ut eos nō modo qui hæc audirent:ſed etiam captiui ipſi maxima beni/
uolentia ꝓſequerentur.Quaſcunq; uero urbes uendicarent:iis ſeruilia omnia detrahens ea inſtituebat: in
quibus liberi principibus parere conſueuerunt.Ita mœnia quæ nulla ui capi poterant:humanitate ſuas in
manus dirigebat.Poſtq̄ uero in Phrygia exercitum ductare propter Pharnabazi equitatum non ualebat:
ſibi quoq; equites comparandos eſſe duxit:ne tanq̄ ſubterfugiens bellare cogeretur.Omnibus igitur urbi
um illarum opulentis uiris:ut equos alerent imperauit:quicūq; tamen ut equum & arma & peritum uiꝝ
præbuiſſet:hinc ut a militia ipſe uacaret:licere edicto præfatus eſt.Nec ſecus ad hoc prompte faciendū ſin/
gulos induxit:ac ſiquis pro ſe alterum libenti moriturum animo indagaret:urbes etiā inſtituit:ex quibus
parare equites oporteret:exiſtimans urbes in quibus aluntur equi:ſtatim uel maxime ob equitatū elatio/
res fidentioreſq; fieri.Miro igitur quodammodo equitatum e ueſtigio & ualidiſſimū & ſtrenuum habu/
it.Poſtq̄ autē nec appetebat:omne exercitum in Epheſum coegit:quem cum exerceri cuperet:turmis ſiqs
optime equitaret:peditibuſq; ſiquis egregio corporis robore preſtaret:premia propoſuit.Scutatis itidem
& ſagittariis munera declarauit:qui ſe ad debita opera maxime idoneos demōſtraſſent.Hinc cernere erat
gymnaſia uiris ſe exercentibus & equorum ſtadia equitandi ſtodio decertantibus referta: iaculatores ue/
ro & ſagittarios in ordinem procedentes continebat:totam uero urbem ſpectaculo dignam reddidit. Nā
& forum uariis armis equiſq; uenalibus plenū erat:& ærarii fabri ferrarii coriarii fullones omnes bellica
parabant inſtrumenta:ita ut uere urbem illam quaſi quandā belli officinā exiſtimare.Illud quoq; cuiuſq;
animum non mediocriter ad bene ſperandum conformaſſe.Cum primum quidē Ageſilaum ipſum de/
inde reliquos milites intueri liceret:cum gymnaſiis regrederētur.Coronas quibus coronati fuerant: Dia/
næ offerentes.Nam ubi uiri Deos colant:bellica autem exerceant:& imperatoris obedientiam meditent
nonne ibi ueriſimile eſt omnia ſpe bona repleta eſſe? Exiſtimās præterea ex hoſtiū contēptu robur quod/
dam & fiduciam milibus ad pugnam ingenerari:per præcones palam edixit:ut barbari qui a prædonibus
capti eſſent:nudi uenderentur.Quocirca milites cum eos qui nunq̄ exuerentur candidos:pingues uero &
ad laborem inertes:quia curribus aſſidue ueherentur:eſſe cernerent:nihilo ſerius differre bellum cenſue/
runt:q̄ ſi contra fœminas pugnādum foret.Hoc quoq; militibus prædixit:ſtatim q̄breui itinere ad muni/
tiſſima eius regionis loca cum exercitu profecturum:ut hi iam illic ueluti decertaturos & animo & corpo
re paratos ſe præberent.Tiſſaphernes uero hæc ab eo fingi ratus eſt:tanq̄ rurſus decipe:& uere nunc in Ca
riam facere impetum uellet.Ideoq; pedeſtres copias ut prius tranſmiſit in Cariam:& equitatum ī Mean/
dri campo collocauit.Nec tamen Ageſilaus mentitus fuit:ſed ut prædixerat:confeſtim Sardianum locū
occupauit:triduumq; deſerta hoſtium ꝑmeans multum exercitui commeatum ſuppeditauit.Quarto au
tem die hoſtium equites contra proceſſerunt:eorumq; dux impedimētorum præfecto Pactolum traiice/
re:& trans fluuium caſtra metari iubet.Ipſi cum Græcorum aliquod pedites circa prædam occupatos cer
nerent:illos magna ex parte trucidarunt.Quod cum Ageſilaus ītelligeret:ab equitatu opem afferri impe/
rat.Perſæ auxilium conſpicati ſeſe in unum cogunt:& uniuerſas equitum turmas contra explicant.Ageſi/
laus cum peditatum hoſtibus nondum adeſſe:ſibi uero nihil ad huiuſmodi rem agendam deeſſe cogno/
ſceret:conſerendæ pugnæ tempus ſi fieri poſſet:eſſe dixit.Facta igitur re diuina in equites ex aduerſo collo
catos phalangem recta ducit:ex militibus quoq; pubes una ſecum concurrere:ſcutatos itidem īcurſare &
equites inuadere iubet.Ita factum eſt:ut uninerſus eum ſubſequeretur exercitus:primum q perſarum ua
lidi erant:equitum impetum exciperent.Sed cum aduerſa & extrema eius omnia incumberent.Ipſoꝝ aci
es inclinauit.Eorum alii ſtatim in flumen irruere:alii fugam capeſſere inſequentes græci caſtra capiūt:ſcu
tati (ut par erat) ad prædam conuertuntur.Ageſilaus cū iam & amica hoſtilia omnia quaquauerſum poſ/
ſiderer:caſtra poſuit.Cumq; inter ſe turbari audiret:ꝙ adeo rerum geſtarum culpā ſibi inuicem imputa/
rent:confeſtim contra Sardis mouit:Ibiq; circa urbem omnia igni uaſtat & populatur:ſimulq; per præco
nes clara uoce pronunciari iubet:ſiqui ſunt qui libertatis egeant:ut ad ſe tanq̄ ſocium confœderatūq; con/

ueniant.Siqui uero Aſiam ſuam aſſerant:ii pro libertate armati ad certamen prodeant.Poſtq̄ neminē contra exire uidet:iam intrepidus ultra progreditur.Cumq; nonnullos cerneret græcos:qui antea adorare coacti erant:nunc ab eiſdem a quibus contemnebantur:honorari: & alios Deorum quoq; cultū ſibi uendicare haud indignum exiſtimātes effecit:ut ii græcos ne intueri quidem recta facie ſuſtinerent.Cūq; amicorum agrum a præda direptis omnibuſq; immunem præſtaret:hoſtili ſic fruebatur:ut biennii ſpacio Delphis plura q̃ centum talenta Deo decimam cōſecrarit:Cæterum perſarum rex horum malorum cauſam in Tiſſaphernem cōferens:Tithrauſtam miſit:qui eius caput obtruncauit.Barbarorum tamen res ex illo tempore in peius ſemper ferri:Ageſilai uero indies melius ualidiuſq; ſe habere:ab omnibus eni gentibus pro ineunda amicitia legati mittebant.Multi quoq; libertatis auidi ad eum deſciſcebant:adeo ut iā non græcorum modo ſed barbaroꝝ innumerabilium dux eſſet.Ageſilaus:ob hoc etiam ipſius continentiam uehementer admirari licet:cum infinitas in continenti urbes ſuo imperio ſubditas haberet inſulaſq; non paucas quandoquidem ciuitas ei claſſem addiderat:Cūq; ad ſummum & gloriæ & potentiæ culmen euectus eſſet:poſſetq; multorum ac robuſtiſſimorum opera ad quancunq; rem uti:rem præterea arduā magnificamq; uerſaret animo:ſperaretq; exercitum funditus tollere:qui prius aduerſus græciā militauerat: annula tamen harum rerum eſt ſuperatus:Sed ubi a magiſtratus ei nunciatum eſt: ut patriæ ſuccurreret ciuitati non ſecus paruit:ac ſi in læctica ſolus apud quinq; uiros fuiſſet conſtitutus.illud apertiſſime declarans ꝙ neq; uniuerſum terrarum orbē patriæ:neq; nouos & nuper uendicatos amicos ueteribus:neq; turpia abſq; periculis lucra honeſtis & Laborioſis anteponeret.Donec autem in magiſtratu permanſit:hocē regis laude digniſſimum opus nauauit:ꝙ cum urbes reciperet:ad quas imperaturus enauigabat:quia mutato ſtatu:Poſtq̄ regere athenienſes deſierant:ſeditionem mouebant: curauit ut dum ipſe adeſſet: abſque exiliis & cædibus in concordia & fœlicitate ſumma degerent.Itaq; qui in Aſia erant græci non ut principe ſed ut parente & ſocio ſuo abeunte triſtabantur:ꝙq; non fictam erga ipſum amicitiam gererent: apertis: demum iudiciis oſtenderunt.Eo namq; pro Lacedæmone auxilia petente plerūq; præſtiterunt : quando etiam aduerſus potentiores pugnandum eſſe non ignorarent.Rerum igitur in Aſia geſtarum hic finis extitit.Poſtq̄ autem Helleſpontum traiecit:per eaſdem gentes ꝓficiſcebatur:per quas infinita iam claſſe perſarum rex iter habuerat:& quam uno anno uiam barbarus confecerat:eandem breuiori q̄ menſis ſpatio expediuit Ageſilaus:ſtudens ne poſt neceſſitatem patriæ ſuccurreret. Sed cum ex Macedonia in Theſſaliam tranſiret:ei officiebant inſequentes a tergo lariſſei cranonii ſcotuſenſes pharſalii:qui boetiis confœderati erant:omnes præterea theſſali præter illos qui ea tempeſtate exulabant.Ipſe interim quadrato agmine ductabat exercitum diſpartitis & a fronte & a tergo equitibus.Aſt ubi incumbentibus a tergo theſſalis ultra pergere prohibebatur:& anteriorem exercitus partem & nonnullos e ſtipatoribus ſuis trāſmiſit ad poſteriores.Poſtq̄ utrinq; ſtructæ acies:theſſali haud cōueniens eſſe rati ut cōtra pedites equitatu decertarent:auerſi gradatim retrocedere.At illi temere īſequi.Sed Ageſilaus cum utrorūq; errorem intelligeret: ex equitum numero qui circa eius latera conſtituti erant:ualidiores præmittit:ut & reliquos ſecum ire iubeant:& ipſi omnibus uiribus inſequantur:ita ut fugientibus hoſtibus nulla detur retrouertendi copia. Quos ex inſperato ſuperingruentes cū theſſali conſpicati eſſent:alii nullo pacto reuertebantur:alii cōuertere ſe conati ſuperuenientibus ex obliquo equitibus comprehendebantur.Vnus tamen equitum præfectus nomine Policharmus pharſalus & ſe retrouertit:& una cum ſuis diu pugnās tādem interimit. Quo facto indecens & ineffrænata fit pugna:alii ceduntur:alii uiui comprehenduntur:nec prius ſubſtitere: q̄ in anthraciorum montes ſeſe contulerunt.Tunc Ageſilaus anthracium atq; narthetium trophæum cōſtituit:ibidemq; manſit:non mediocriter ea de cauſa exultans:ꝙ eos qui equitatu maxime gloriantur:cū equitibus a ſe primum comparatis ſuperaſſet.Poſtridie achaicos Phyciæ urbis montes emēſus ad boetiorum uſq; confinia per amicas regiones proceſſit Tibi cum intercluſum iter a Thebanis Athenienſibus Corithiis Emanibus Euboicis & utriſq; Locris offendiſſet:nequaq̄ cunctatus ex aperto aciem contra ſtruxit:cum unum & dimidium tantum Lacedæmoniorum ordinem:confœderatorum uero eius loci Phocēſes ſolū &Orchomenios:ac deinde reliquum cui præerat exercitum ſecū haberet.Nec tamen hoc dicturus uenio ꝙ parua manu imbecillioribus militibus cōfluxerit.Nam ſi hæc dicerem:& Ageſilaum temerariū & me ipſum ſtultum declarare mihi uiderer:ſi eum qui grauia pericula abſq; cauſa inuaderet:laudibus extollerē immo magis hoc admiratione dignum arbitror:ꝙ non inferiores hoſtibus copias compararit:armaritq;: ita ut omnia ærea omnia purpurea apparerent:Curaritq; ut laborem milites ipſi ſufferrent:& eorum aīos tanta audacia compleuerit:ut aduerſus quēcunq; pugnam non reformidarent.Suis quoq; emulationem quandam iniecerat:ut quiſq; fortiſſimus uideri ſtuderet.Spem inſuper omnibus fecerat:fore eos multaꝝ ac precioſiſſimarum rerum ditiſſimos:ſi uirorum fortium officio fungerentur.Militibus enim hūc imodum animatis promptiſſime ualidiſſimeq; manum cum hoſtibus conſerturum ſe exiſtimabat:nec eū ſane fefellit opinio.Narrabo igitur pugnam ipſam cui parem ætas noſtra nullam uidit.Conuertāt enim in campum Coroniæ adiacentem Ageſilai quidē milites a Cephiſo:Thebanorum uero ab Helicone æquales utrinq; phalanges inter ſe conſpiciebātur:equitatus itidem utriq; numero fere par erat.Ageſilaus dextrum cornu curabat:Orchomenii in ſiniſtro extrema tutabantur.Contra Thebani a dextro:Argiui a ſiniſtro ſtabant.Congredientibus illis mirum utrinq; ſilentium tantiſper fuit:dum ad ſtadii īteruallum abeſſent.Exinde uero Thebani ſublato clamore curſu cominus ferebantur.Cumq; iam tribus iugeribus dirimerentur:ex aduerſo procurrerunt ab Ageſilai acie domeſtici milites:quibus Euripides præerat:ſucceſſiueq; Cyriorum aliqui & iones & æleos & helleſpontii:iiſq; omnibus ad teli iactum appropinquantibus

qui oppoſiti erant in fugam uertuntur. Argiui haud quaquam Ageſilai militem excepere ſed protinus in
Heliconem confugerunt. Hoc in loco extremi milites Ageſilaum coronarunt: cui interea nuntiatur. The
banos cæſis Orcomeniis impediméta uerſari. Is acie flexa ad illos ire pergit. Sed Thebani cum ſuos in He/
liconem profugiſſe cernerent: enixe eodem ſalutis auidi ſeſe conferunt. Hic Ageſilaum uere magnanimũ
ſine controuerſia licet appellare: qui tutiſſimam rationem minime ſecutus eſt. Nam cum fugientes caden
teſq; inſectari & facile manu capere poſſet: a fronte præuerire & in Thebanos irrumpere maluit. Confligẽ
tes phalanges impelluntur: pugnant interimunt: Cadunt clamor nullus erat: Nec tamen ſilentiũ: ſed mos
qualem ira ſimul & pugna ederet. Thebani maiori ex parte in Heliconem fuga ſecedunt. Multi tamen in/
terſe cedendum opprimuntur. Poſtꝗ in Ageſilai parte uictoria ſtetit: ſauciuſq; ipſe ad phalangem relatus
eſt: citi equites denunciant circiter octoaginta ex hoſtibus armatos in templo eſſe. Ille tametſi undique ua
rio telorum genere confoſſus eſſet: Deos tamen minime neglexit: ſed quo uellet dimitti & ab iniuria ſer/
uari iuſſit: iuſſitq; inſuper equites qui eos in tuta comitarentur. Finito deinde certamine: cernere erat quo
in loco manum conſeruerant ſanguine concretam terram iacentium & ſociorum & hoſtium promiſcue
cadauera: contritos clypeos: perfracta inuicem tela: pugiones euaginatos aliquos humi: Quoſdam in ipſis
cadaueribus: nonnullos adhuc in manibus. Cum autem iam aduesperaſceret: cibo ſummoq; corpora pro
curarunt. Prima deinde luce Syllo belli præfecto imperat exercitu inſtructo trophæum conſtituere: uni/
uerſos in Dei honorem coronari: tibicines omnes modulari. Quæ dum ab eo gerũtur: Thebani per præ/
conem inducias fieri & ſuorum cadauera ſibi ſepelienda reddi poſtulant. Factis itaq; induciis Ageſilaus do
mum rediit: magis uidelicet cupiens: in quibus licitum eſſet: domi imperare & in aliqbus parere: ꝗ in Aſia
potentiſſimus eſſe. Sub idem tempus cum aduertiſſet Argiuos rebus ſuis frui: & Corinthum tanꝗ bello
gaudentes ſibi uendicare: aduerſus eos exercitum agit: depopulatoq; ipſorum agro ad Corīthii anguſtiat
tranſcendit: & muros ad Lecheum uſque protenſos occupat. Pateſactiſq; Peloponneſi portis domum ad
Zacinthia reuerſis: quo in loco a chori præfecto inſtitutum fuerat una cum reliquis Deo pæana cecinit.
Subinde cum in Pereo Corinthios armenta omnia cuſtodire ipſumque Pereum ſeminare & ex eo fructũ
colligere audiret: maximum id eſſe ratum: q; Boetii quotiens ex Creuſi motum pararẽt: facile Corinthis
adiungi poſſent: Pereo exercitum admouit: quod cum a multis non ſecus ac ſi ciuitas intromiſſa eſſet: aſ/
ſeruari cerneret: ſumpto prãdio ad ipſam urbem copias traduxit. Sed ubi uniuerſos ſub noctem ex Pereo
urbi ſuccurrere ſenſit: reducto rurſus exercitu Pereum ipſum iam præſidio deſtitutum predamq; omnẽ
prima luce rapit: & proſtratis muris in patriam regreditur. Acheis poſt hæc ad ſocietatem prompte iclina
tis rogantibuſq;: ut eis contra Acharnanam opitularetur: Cum enim Acharnanes ipſi per anguſtias inua/
derent: ipſe miſſis leuis armaturæ militibus loca quæ ſupra illorum caput erant: occupat. & collato marte
obtruncatiſq; plurimis trophæum ſtatuit. Nec prius deſtitit ꝗ Acheis amicos Acharnanas & Holos: argi/
uos ſibi uero ipſi ſocios confœderatoſq; reddidit. Deinde cum ab hoſtibus de pace legati miſſi eſſent: Age/
ſilaus tantiſper aduerſatus eſt: dum Lacedæmonios qui ea tempeſtate exulabant a Corinthiis & Thebanis
domum reduci coegit. Poſterius etiam Phliaſos qui Lacedæmoniorum cauſa extorres erant: ipſemet mi/
litum ui intra Phliuntem reſtituit. Quæ ſiquis forte ratione alia quapiã rephendere uoluerit: ſaltem quæ
facioꝝ gracia fecit: uera & aperta eſſe fatebitur. Etenim cũ Lacedæmonis fautores qui intra Thebas erãt:
aduerſa factio intereſſet: eis ſuccurrendi ſtudio exercitũ contra Thebas mouit. Sed cũ iter & foſſis & tigno
rum obicibus munitum intercluſumq; cõperiſſet: Cyrocephalas trãſgreſſus omnẽ agrum ad urbemuſq;
ferro atq; igni deuaſtauit: aſſidue faciens & in plano & in montibus Thebanis pugnandi copiam. Sequẽti
etiam anno rurſus cõtra thebas bellauit: ſupergreſſuſq; ad Scolimi foſſas ſimul & uallũ reliquũ biecīæ de
populatus eſt. Hactenus igiť ipſe cũ ciuitate: quæ rettulimus fideliter geſſit. Siquid uero ex eo tempore ſini
ſtri accidit: nemo erit qui Ageſilao duce id geſtum affirmet. Accepta igitur in Leuctris clade cum amicos
hoſpiteſq; eius qui in tegni erant aduerſarii una cũ Mantinenſibus trucidaſſent: conſpicantibus iã inſuper
Boetiis omnibus Arcadibus & Eleis ſtati cũ ſola ciuitate uendicaturus illuc perrexit: multis exiſtimãtibus
Lacedæmonios agrum ſuum diu poſt non egreſſuros: nec antea domũ rediit ꝗ eoꝝ qui amicos trucidaue
runt: agrum penitus deuaſtauit. Inuadẽtibus poſt hæc Lacedæmona Archadibus uniuerſis Argiuis Eleis
Boetiis & cum his una Phocẽſibus & utriſq; locris theſſalis atq; Emanibus atq; Acharnanibus & Euboi/
cis ſeruis inſuper rebellantibus multiſq; finitimis urbibus: cũ ex ipſis quoq; Spartiatis nõ pauciores in leu
trica pugna occidiſſent: ꝗ ſuper fuiſſet urbẽ: tamen & quod maius eſt nullis cictam muris ab impetu hoſti
um tutatus eſt. Nam ubi prærogatiuam hoſtes haberent: minime prodibat: Vbi uero ciues omnino ꝑua/
lituri eẽnt audacter in aciem deſcendebat: putans ſi in apertum exiret undiq; ſe iri circũdatum: ſin autem
in anguſtiis & commodiſſimis locis expectaret: ſe prorſus fore ſuperiorem. Poſtꝗ uero exercitus rediit ſe/
ipſum ſuamq; operam ad ciuitatis uſum benigniſſime præſtitit. Nam licet eũ ſeu pedeſtrem ſeu equeſtrẽ
militare ſenecta prohiberet: patriam autem ad euocandos belli ſocios pecuniarum indignam cerneret: ad
has tamẽ ſuppeditandas ſeipſum præparauit. Domi etenim quæcunq; poterat excogitabat & conabatur:
ubi uero opus eſſet peregre uagari: non recuſabat: nec uerebatur ſi publice utilitatis gratia qui imperator
eſſe conſueuerat: legatus proficiſceretur: quauis tamen in legatione ipſa ſummi plæruq; imperatoris fun/
ctus fuerit officio: Nam & Antephradates cum in Aſſo Ariobarzanẽ ſocietatis iure Lacedæmoniis colliga
tum obſideret: Ageſilai aduẽtu territus profugit: & Cocis cum Seſton Ariobarzanis itidem imperio ſub/
iectam circũſederet: dimiſſa obſidione receſſit. Itaq; non iniuria & in legatione de hoſtibus trophæum ſta
tuere potuiſſet. Mauſolus tamen cum utraq; hæc loca centum nauibus obſideret: non equidem Ageſilai

terrore ſed perſuaſione cum omni claſſe domum diſceſſit.Rem igitur admiratiōe digitiſſimam perfecit:
ut & qui beneficium ab eo ſuſcepiſſe ſe exiſtimabant:& qui eius metu profugerant:utriq; pecunias contri
buerint.Ipſe quoq; Mauſolus hoſpitii iure quo Ageſilao coniunctus fuerat:lacedæmoni pecunias cōtulit.
Hicq; omnes egregio comitatu eum domum dimiſere.Annos deinde circiter octoaginta natus cum ani
maduertiſſet ægyptiorum regem Perſæ bellum inferre cupientem:multoſq; & pedites & equites ac infi
nitas pecunias poſſidentem:non moleſte tulit ab eo ſe accerſi:maxime cum ſummū exercitus imperium
ſibi polliceretur.Eadem enim opera & ægyptio pro beneficiis ab eo ꝓ Lacedæmoniis collatis gratiam re
laturum:& græcos qui in Aſia erant rurſus liberaturum ſe arbitrabatur:ipſi uero perſarum regi pœnas ir
rogaturum priorum facinorum & ꝙ denuo ſocium ſe eſſe prædicaret:ut Medus diſcederet: tentabat.Cæ
terum ubi ægyptius:qui eum accerſiuerat:exercitus imperium dare denegauerat:Ageſilaus ut uehemen
ter deceptus quidnam agendum eſſet:animo uerſare:cum ecce externi primum ægyptioꝝ milites ac de
inde reliqui omnes a rege deficiunt.Rex ipſe in ſydona phœniciæ metu profugit.Ad ægyptii ſeditiōe tur
bati duos deligunt reges.Hic Ageſilaus cum diu multumq; cogitaſſet ſi neutri faueret:neutrū græcis mer
cedem perſoluturum:neutrumq; cōmeatus præbiturum:& uter uictor euaſerit:hūc ſibi fore inimicum:
utri uero opem ferret:hunc accepto beneficio(ut par eſt)amicum futurum ei.Tandem adhæſit: q græcis
magis beniuolus eſſe uidebatur:& una cum illo pugnans infenſum græcis alteꝝ prælio ſuperior captiuū
facit:alterum regem conſtituit:eoq; in amicitiam Lacedæmoni coniuncto recepta pecuniarum ui nō par
ua domum media q̄uis hyeme recepit:ſtudens ne futura æſtate cōtra hoſtes patria torpeſceret. Hactenus
quæ plurimis teſtimoniis eguit narrauimus.Talia enim nequaq̄ egent argumentis ſed ea ſolum comme
morare ſat eſt:& ſtatim credunt.Deinceps autem animi uirtutem per quam hæc agebat per quam & ho
neſta appetebat & turpia fugebat:oſtendere aggrediar.Ageſilaus ſic diuina colebat:ut hoſtes quoq; iuſiu
randum induciaſq; eius fideliores q̄ ſuas ipſorum amicitias eſſe cenſerent.Nam in cōtrahendis inter ſe re
bus plærūq; in unum conuenire formidabant.in Ageſilai uero manum ſeipſos ſponte ſubiiciebāt. Quod
nequis incredibile forte opinetur:uolo ex his clariſſimos recenſere.Spichridates ſiquidem perſa:ſciens ꝙ
Pharnabacus regis filiam pro uxore accipere tractaret:ſuam uero abſq; matrimonio uellet. Cōtumeliam
hāc eſſe ratus:ſeipſum cū uxore & liberis cūq; omni potētia ageſilao tradidit.Cocis paphlagonū dux regi
quidem quæq; pollicenti:haud quaq̄ paruit:ueritus ne poſtea ab illo captus uel pecuniaꝝ uim magnam
perſolueret uel interiret.Hic tamen ageſilai frætus induciis:& in eius caſtra peruenit: & ſocietate inita cū
eo militare elegit:tametſi ipſe duo equitum peltiferoꝝ uero quattuor milia ſuo ſub imperio gubernaret.
Pharnabacus quoq; cū ageſilao in colloquium uenit eiq; aperte profiteri auſus eſt:niſi totius exercitus im
perator conſtitueretur:a rege ſe defecturum.Si uero imperator eligeretur ſe contra ageſilaū q̄maxīe ſup
peterent uires ualidiſſime bellatuꝝ.Quæ cū diceret cōfidebat tamen nihil ſe cōtra inducias paſſuꝝ:adeo
magna pulchraq; ē poſſeſſio:cū omnibus reliquis:tum maxime uiro quōdam īperatori:pium fidelēq; &
in præſenti eē & in præterito fuiſſe cognitū.Ac de rebus quidem ad religionem pertinentibus hactenus.
De iuſticia uero circa pecunias quænam iis maiora iudicia afferrii poſſent?Nunq̄ enim ab ageſilao quiſq̄
ſe ſpoliatum eſt criminatus.Multi tamen ab eodem beneficiis ſe affectos ſæpe ſunt teſtati. Qui autem res
ſuas ad hominū utilitatem erogare delectetur:quonā pacto uelit hic cū dedecore aliena ſuſcipere?Nā ſi pe
cuniaꝝ foret auidus:multo ſane facilius eſſet ſuas ſeruare q̄ alienas deprædari. Rurſus qui gratia neminē
uelit fraudare:cui abnegare nulla cōſtituta eſt pœna:quonā modo uelit hic ea quæ legibus prohibētur au
ferre? At ageſilaus non ſolū gratiā non referri ueꝝ etiā ſi potentior maiorē nō redderet:iniuſtum eſſe cen
ſebat.Rem p.uero depeculatū eſſe quis eū merito accuſabit : cū eas quæ ſibi debebantur gratias ad patriæ
fructum utilitatēq; conuerterit?Quādo inſuper patriæ &amicis beneficium pecunia propria præſtare uel
let:cum eiſdē prodeſſe alieno ære liceret:nonne id maximū eſt in pecuniis continentiæ argumentum. Be
ne ſane.Nam ſi gratiam uendidiſſet:uel beneficia mercede fœneraſſet:ea nemo ſe quicq̄ debere exiſtimaſ
ſet.Atqui gratis beneficia recipiunt:ii benefactori ſemper libenti animo deſeruiunt & quia ſecū bene actū
ſit:& quia digni ſint habiti:qui gratia depoſitum ſeruarit.Similiter qui generoſe minus q̄ iniuſte plus poſ
ſidere delegit:nonne uériſimile eſt hunc uehemēter lucri turpitudinē effugere.Cū igitur a ciuitate iudica
tum fuiſſet:ut oīa quæ agidis fuerant:in eius manū peruenirēt:ipſe cū cognatis ſuis quos pauperrimos ui
debat omnia ex æquo benigne dimiſit:quæ quidē uera eſſe uniuerſa Lacedæmonioꝝ teſtis eſt ciuitas Pol
lienti enī innumerabilia munera Titrauſtæ ſi ex eius agro decederet: Ageſilaus hunc in modū reſpondit:
apud nos o Titrauſta præclarus cēſetur ſi exercitū magis q̄ ſeipſum īperator ditauerit:elaboraritq; : ut ab
hoſtibus ſpolia potius q̄ munera capiat.Nemo eſt præterea q ab ulla uoluptatū quæcūq; mortalibus do
minantur:ſuperatū nouerit Ageſilaum:qui ab ebrietate & gulæ īprobitate cibiſq; intēpeſtiuis nō ſecus at
q; ab ingenti flagitio abſtinendū eſſe putabat.In conuiuiis etiā cū duplo maiores acciperet epulas non iti
dem illis ueſcebatur:ſed eas diſtribuens neutrā ſibiipſi partē relinquebat:exiſtimans uidelicet regibus non
ſatietatis gratia:ſed ut hac etiam re quos uelint honorare ualeant:epulas duplicari . Somno quoq; utebaẗ
nō domino ſed actionum ſuarum ſubdito.ac niſi uiliſſimum omniū alioꝝ lectulum haberet:apertiſſima
pudoris edebat īdicia:arbitrabatur quippe oportere principem non mollitie ſed tolerantia priuatis eſſe ſu
periorem;non tamen pudebat ſi in æſtate caloris in hyeme frigoris maiorem partē ſufferret.Nam ſiquan
do exercitui laborare cōtingeret:laborē ipſe ſup alios ſponte ſubibat.Hæc oīa nō mediocri militibus cōſo
lationi eſſe iudicās:atq; ut ſummatī præſtrīgā:ageſilaus laboribus quidē gaudere:ocium uero & ſegnitiē
penitus fugere.De ſua uero in ueneɾeis continentia ſi nulla alia rōne ſaltē admirationis gratia diſcernendū

eſſe cenſeo.Temperare enim ſeipſum a rebus quas minime concupiuerit:humanum ſane dixerit q̄ſpiam:
Aſt cum ipſe Megabatæ Spitridatis filii amore teneretur:utpote ad ſummam pulchritudinem diligendã
naturali quodam ductus inſtinctu:uelletque Magabates eum oſculari de perſarum more:qui eos oſculan
tur quos honorant:omnibus uiribus illum ab obuſculo reieciſſe:nonne continentiæ etiam uehementiſſi
me & quaſi inſanæ maximum eſt indicium? Cæterum ubi Megabates iniuria ſe affectum ratus nequaq̃
deinceps obſculari tentabat. Ageſilaus unum ex illius ſociis rogat: ut Megabatem ad ſe rurſus honoran/
dum uerbis inducat. Interrogante autem ſocio ſi forte Megabatæ perſuaſum id fuerit:an oſculum ſit ipſe
admoturus:Hic Ageſilaus cum aliquantum reticuiſſet: hunc in modum reſpondit.Neque ſi ſtatim om/
nium hominum pulcherrimus ualidiſſimuſque atque celerrimus eſſem euaſurus. Rurſuſq; eodem mo/
do repugnaturum me Deos omnes teſtor potius:etiam q̃ uellem omnia q̃ intuear mihi fieri aurea. Scio
plæroſque hac de re ſuſpicaturos ideo ꝙ facile plures reperiantur: qui hoſtes q̃ qui talia ſuperare ualeant.
Cæterum ea cum pauci teſtes adſunt:multis non credere licet. At hæc neminem fugiunt: quoniam quæ
ab ampliſſimis uiris aguntur:ea minime in obſcuro tacere poſſunt. Verum ſiquis Ageſilaum tale aliquid
perpetrantem aut uidiſſet aut imaginari ſe affirmaſſet:nequaquã fidem meritus eſſet. Nunq̃ enim in do/
mo aliqua uel in priuata quidem peregrinatione hoſpitatus eſt:ſed ſemp̄ uel in templo ubi talia agere im/
poſſibile eſt:uel ĩ propatulo ubi cunctorum oculos modeſtiæ ſuæ teſtes habiturus eſſet.Quæ ſi ipſe men/
tiret: uniuerſa Græcia oppoſitum cognoſcente non utique illum laudari ſed me potius uituperatione di/
gnum deprehendi cenſerem.Fortitudinis quoque non obſcura præbuiſſe mihi uidetur indicia: qui aſſi/
due contra ualidiſſimos & patriæ & græciæ hoſtes bellandi negocium ſuſcipiebat. Præterea ĩ præliis ubi/
cunque hoſtes cum eo confligere uellent:in aciem primus prodibat.Nec hoſtibus in fugam terrore cõuer
ſis uictoriam aſſequebatur:ſed in pugna aduerſa fortiter uincens trophæum conſtituebat. Qua quidem
ex re cum immortalia ſuæ uirtutis monumenta poſteris relinqueret:non minus tamẽ ſibiipſi certiſſima
uirilis impugnanda animi teſtimonia uendicabat:adeo ut eius animum non ab eis qui audiſſent: ſed ſpe/
ctaſſent probare liceret.Ageſilai trophæa non quot ipſe ſtatuerit:ſed quotiẽs militauerit dignũ eſſet com/
putare.Nam quod hoſtes interdum cum eo confligere nollent.Non ideo minor hæc erat uictoria:ſed pa/
triæ ac ſociis & tutior & ultior.In agonibus enim hoc idem obſeruari cernimus:ut non minus corona do
netur qui aduerſarium non inueniunt:q̃ qui certando uictores euaſerint. Eius ſapientiam nulla nõ ipſius
facta declarant:qui patria ſic utebatur:ut ſociorum auxilio ubicunq; opus foret promptum ſe exhibẽs pa/
ratiſſimos & nulla excuſatione tergiuerſantes amicos uendicare. Erga milites uero ſe talem præſtabat ut
eoꝝ obedientiam pariter & beniuolentiam facile conſequeret.Nullo enĩ pacto ualidiorẽ effici phalangem
intelligebat:q̃ ut propter obedientiam ordinẽ ſeruet:& per ſuam in ductorẽ beniuolẽtiam fidelis exiſtat.
Hoſtes ſui non eum quidẽ uituperare poterant:ſed odiſſe cogebantur:ideo ꝙ ſocios illis potẽtiores ſem/
per efficiebat:decipiens ubi locus eſſet:præueniens ubi celeritate opus fuerat:latens ubi id conduceret.Re/
rũ contrarietates aduerſus hoſtes:magis q̃ cõtra amicos exercebat. Nam nocte tanq̃ die:rurſuſq; die tanq̃
nocte utebatur:ignoratus ſæpenumero ubi eſſet:quo intenderet:quid ageret:adeo ut quæ munita erant:
immunita hoſtibus redderet aliqua:aliqua committẽs:aliqua tranſcẽdẽs: aliqua occulte diripiẽs. Quo/
tiens iter ſuſcipiebat:quia pugnãdi copiã intereundum fieri hoſtibus cognoſceret:exercitum ita ſtructum
ducebat:ut maximo ſibiipſi auxilio eſſe poſſet.Quiete tanq̃ modeſtiſſima uirgo ꝓcedebat putans ea in re
tranquillitatẽ ſecuritatẽq; eẽ:nullum metũ nullum tumultũ nullum errorẽ nullũ difficillimũ deniq; in/
ſidiis aditum.Quæ cũ faceret:hoſtibus terrorẽ:ſuis fiduciã & robur generabat:ita ut ab inimicis minime
contẽptus.nulla a ciuibus iactura:nullis amicorum q̃relis inſectatus:plurimum ab omni mortaliũ genere
dilectus:plurimumq; laudatus uitã ageret.Quantop̄e patriã diligeret:longum ſane eẽt p̄ ſingula recẽſere:
Nullã enim reꝝ ab eo geſtaꝝ:quæ ad hoc non ſpectat:eſſe arbitror: atq; ut breuiter perſtringã: nemo eſt
qui ignoret:Hageſilaũ ubicunq; patriæ ſi profuturum ſperaret:nõ labores omiſiſſe:in pericula detractaſ/
ſe:non corpus nec ſenectã excuſaſſe:quinimo regis optimi officium eſſe ducebat:quamplurimis ſubditos
beneficiis afficere:in rebus quibus maxime ciuitati proſint.Id quoq; non in poſtremis locandum cẽſeo cũ
in patria potentiſſimus eſſet:legibus tamen ſeruire apertiſſime cognoſcebatur.Quis enim reluctari aude/
ret:ubi regem maxime obtemperantem cerneret?Quis minus ſe habere exiſtimans nemini quid moliri
aggrederetur:ubi regem ſub legibus ſe contineri non aſpernantem cognoſceret? Ad eos quoque qui in ci/
uitate interſe diſceptant:tanquam partem ſe præbebat:ſiquid errarent:increpare:ſiqd bene agerent:hono
re proſequi:ſi qua calamitas accideret:conſulari:nullum ciuem habere inimicum collaudare omnes:uni/
uerſos ſeruari lucrum exiſtimabat.Siquis enim minimus interiret:in damno reponebat:ſi uero ĩ legibus
quieti degerent:fœlicem ſemper fore ciuitatem apertiſſime ratiocinabantur:tunc autem ualidiſſimam cũ
græce modeſte ſeſe gererent.Si uero pulchrum eſt ab eo qui græcus ſit græcos diligi:quem ducem exce/
pto Hageſilao nouimus:qui unde p̄dam ſperaret:urbes nollet capere:uel qui de bello quod aduerſus græ
cos cogeretur uictoriam reportare:minimum eſſe cenſeret? Ille igitur cum nuntius eſſet allatus:in prælio
apud Corinthum geſto Lacedæmonioꝝ octo tantum Corinthioꝝ uero decem fore milia deſiderata:nul
lum lætitiæ iudicium præ ſe tuliſſe uiſus ẽ. Atq; adeo ĩ hæc uerba prorupit:Heuerte miſerã græciã quan/
do qui nunc periere:ad Barbaros penitus delendos uiui ſatis eſſe potuiſſent.Tranſfugis deinde Corinthio/
rum effecturos ſe ut urbs dederetur pollicentibus:machinaſq; quibus capi mœnia cuncti ſperabant: oſtẽ/
dentibus eã tamen inuadere noluit:aſſerens græcas urbes nõ in ſeruitiũ redigi ſed caſtigari oportere.Nam
ſi noſtros inquit peccantes deleamus:uidẽdũ eſt:ne poſtea deſit quoꝝ auxilio Barbaros ſuperemus Rur/

ſus ſi pulchrum ē Perſarum regem odiſſe:tum quia ſuperiori iam tempore exercitum eduxerit tanq̄ græ/
ciam redacturus in ſeruitutē:tum quia nūc iis potiſſimum iungeret:quoꝝ ſocietate magis ſe nociturum
ſperaret:illis aūt donaret:quos acceptis muneribus plurimū græcis ob futuros crederet : ei poſtremo pari
faueret:ex qua noſmetipſos inuicē bello decertaturos putaret.Cū hæc uniuerſi cognoſcerēt: nemo tamen
uel quo pacto natio aliqua a rege deſiſceret.Vel quæ deſiſſet:quo pacto incolumis ꝑſeueraret:uel omnino
quēadmodum cum rege ſic male ageretur:ut græciæ negociū non exhiberet:nemo inq̄ ꝑter Hageſilaum
curam adhibuit:qui etiam tum cum aduerſus græcos patria bellaret:græcorum:tamē rē cōmunem mi/
nime neglexit:ſed quātis potuit uiribus barbarū ulturus enauigauit.Dignū ē gratioſos etiam ipſius mo/
res ſilentio nō inuoluere. Eum ſiquidē cum honore potentiaqꝫ ꝑditus eēt:At inſup regnū nec id quidem
inſidiis attentatū ſed oībus acceptum poſſideret:elatum nemo cognouit:oībus autem rebus cōtentum &
amicorum cultorem eē:etiam non quærentes plane ītelligere potuiſſent.Nā & iocoſis ſermonibus liben/
tiſſime utebatur:& amicis quibuſcunqꝫ in rebus ꝑſto aderat.Quia uero bonæ ſpei & aſſiduæ hilaris erat:
effecit:ut multi non mō unius cuiuſpiam rei ꝑficiendæ:ſed totius uitæ iocundius indies traducendæ gra/
tia ſibi adhererent.Cum de ſe nunq̄ magnifice loqueret̃:iactabundos tamen & ſeipſos laudantes non ini/
quo aīo audiebat:putans ſe nihil eo iure illis nocere:& polliceri eos uiros fore primarios. Quā tempeſtiue
tamen animi altitudine uteret̃:non eſt omittendum.Allatū ſiquidem a rege epiſtolā:quā uir perſum una
cum Callea Lacedæmonio de hoſpitalitate amicitiaqꝫ cū eo iungenda attulerat:aperte uenit:allatoréqꝫ in/
ſuper hæc regi nunciari iuſſit:non oportere priuatim ullas ad ſe litteras mittit.Si enim Lacedæmoni ami/
cus uniuerſæqꝫ græciæ beniuolus eſſe palā intelligeret̃:ei omnibus uiribus amicū fore. Sin autem inſidias
inquit exercere deꝑhendatur:nequaq̄ me ſibi amicū:neqꝫ ſi īfinitas accipere epiſtolas futuꝝ exiſtimet.Ego
igitur in Hageſilao id ſane cōmendo:ꝙ ut Græcis placeret:regis contempſit hoſpitalitatē.Hoc tamen non
minus admiror:ꝙ nō uter plures pecunias poſſideret:pluribuſue hoībus imperaret:ſed uter melior & eēt
& haberetur:maiorē iudicandum eē ducebat.Illud quoqꝫ ſuæ prouidentiæ uehementer probo:ꝙ utiliſſi/
mum exiſtimās ſi complures Satrapæ a rege ad græciā dificerent:nullis muneribus nullaue regis potentia
ut ei hoſpitalitate iungeret̃ uinci potuit:ſed id ſemꝑ obſeruauit:ne rebellare uolentibus inſidiis deprehen/
deretur.Hoc uero quis nō admiratione proſequat̃:ꝙ cum perſarum rex animum īduxiſſet: ſi maximam
pecuniarum uim haberet ſuo ſe oīa ſubdituꝝ imperio:ac propterea quicq̄d inter mortales auri quicq̄d ar
genti quicq̄d precioſiſſimarum reꝝ eſſet:cogere apud ſe conaretur: Hageſilaus tamen contra ſic domum
parabat:ut nihil tantūmodo deeſſet.Quæ ſicui forte incredibilia uideantur:intueat̃ quali domo cōtentus
erat:eius fores inſpiciat.Illas profecto eē opinabitur:quas Ariſtodemus Herculis filius cū ſuo in reditu cō/
periſſet:extruxit.Interiorē quoqꝫ ornatū tentet inſpicere:cognoſcat quēadmodum in ſacrificiis coronabat̃
Audiat ut ſup ciuili iumento ſarcinario Amichlas uſqꝫ perrexerit.Sic etenim ſempus ꝓuentibus accōmo/
dans:nihil cogebat̃ pecuniarum gratia iniuſte agere.Præclarum equidem mihi uidetur mœnia hoſtibus
inſuperabilia expugnare:multo tamē præclarius iudicio animum ſuum & pecuniis & uoluptatibus & ti/
mori inſuperabilem conſtituere.Quēadmodum etiam mores ſuos regis īſolentiæ oppoſuerit:iam modo
explicabo.primū ille in hoc ſibi placebat:ſi raro conſpiciendus exiret.Hageſilaus uero aſſidue in propatu/
lo & omniū oculis uerſari gloriabatur:putans uidelicet obſcenis actionibus tenebras conuenire : honeſtæ
autē uitæ lucē maiori eſſe ornamento.Deinde difficilē ad ſe aditum præbere glorioſum eſſe cenſebat.Hic
omnes intromitti gaudebat.Ille in rebus lente pagendis ſibiipſi molliter nimis indulgebat:Hic tamē ma/
xime lætabat̃:tum eos qui ſe adirent ſtatim uoti cōpotes remittere.Quanto ēt facilius copioſiuſqꝫ omnia
æquo animo Hageſilaus tulerit:haud indignum eſt recenſere.Quod enim rex iocunde bibat:uniuerſum
terraꝝ orbem inquirendo pererrabant infiniti:etiam quid iocunde cōmeſturus ſit arte preparabant:ut āt
molliter dormiat quantopere elaborent:difficile dictu eſſet.Hageſilaus uero quia laboris eſſet patiens:oīa
quæ aderant iocunde bibere:omnia ſine diſcrimine iocunde māducare:ut autem ſuauem caperet ſomnū
quiſqꝫ locus id efficere aptus erat.Nec ſolum hæc cum faceret gaudebat uerum etiam cum animo cogita/
ret in media ſe rerum iocunditate & uoluptate uerſari uehemēter exultabat.Nam regem uidebat ſi haud
duriter uicturus erat:oportere ab ultimis terrarum finibus ſuaue uaticum una ſecum conuehere. Hac ēt
re non mediocriter delectabatur:ꝙ rebus Dii in medium præparaſſent:abſqꝫ ulla moleſtia frui ſe poſſe:il/
lum uero propter animi mollitiem tum calores tum frigora euitantem non uirorum fortiū:ſed belluaꝝ
debiliſſimarum uitā imitari intelligebat:Illud quoqꝫ & ſplēdidi & magni animi unicuiqꝫ uideri debet:ꝙ
cum ipſe quidem domum ſuam uirilibus operibus & poſſeſſionibus ornaret:multoſqꝫ uenaticos canes &
bellicoſos equos aleret:ſorori uero Cunſce ceruos educare perſuaderet:tamen eidem declarare non deſine
bat:ꝙ ſi uictoriam reportaret:nutricatio illa non probitatis indicium:ſed diuitiaꝝ foret oſtentatio:q̄pru/
denter & hæc pro ſui animi generoſitate putauit:ꝙ licet priuatos curūli certamine ſuperaret:non ideo ma
ius nomen conſequeretur:ſed ſi ciuitatem ſupra reliquos beniuolam:multoſqꝫ præterea ꝑ totū terraꝝ or
bē amicos excellentes ſibi uendicaret:ſi patriā ſocioſqꝫ beneficiis hoſtes autē uindicta ſuparet:quoniam eo
pacto pulcherrimoꝝ haud dubie magnificentiſſimorūqꝫ certaminū uictor eſſet:glorioſus & ī uita & poſt
mortē futurus eſſet.Is igit̃ in rebus Hageſilaū cōmendo:quæ nō eiuſmodi ſunt:ut ſiq̄s forte ut theſauꝝ i
cidens opulentior quidem ſit:ſed melior paterfamilias minime aut:ſi peſte hoſtilē exercitū uexāte uictor
euadat:fortunatior quidem:non tamen artis bellicæ peritior fiat. At ille cum primas tollerantiæ partes
ubi laborendum erat ſubiret:fortitudinemqꝫ ubi uiribus agēdum eſſet: & mentis aciem ubi conſilio for/
ret opus exerceret:merito mihi uidetur omni ex parte uir optimus iudicandus.Si uero præclarum inuē/

tum apud homines eſt examen beneuiuendi & regula quædam:Hageſilai utiqꝫ uirtus eximium bene ope/
rari uolentibus cenſeri debet exemplar.Quis ẽ enim qui cum uel Deorum cultorem imitetur impius:uel
iuſtum iniuſtus:uel modeſtum uiolator:uel continentem incontinens euadat?Neqꝫ tá reliquis q̃ ſibi im/
perare:nec tam aduerſus hoſtes q̃ ad omne uirtutis genus ciuibus ſe ducem eſſe gloriabatur.Cæterum ne/
mo ſermonem hunc meum:quia mortuus laudaretur:luctum eẽ ſed laudationem potius arbitretur.Pri/
mum etenim quæ de eo uiuente ferebantur:eadem & in præſentia de ipſo exponuntur.Deinde quid ma/
gis a luctu alienum eſt:q̃ & uita inclyta & mors ſpecioſiſſima. In laudationibus autem quid excellentius:
q̃ & uictoriæ pulcherrime & geſtæ res illuſtriſſimæ: iure etiam ille beatus appellaretur: qui cum ſtatim a
puero glorioſus fieri cupiuerit:id ſupra cæteros ætatis ſuæ homines egregie aſſecutus ẽ:quique cum a na/
tura honoris fuerit ſtudioſiſſimus:poſtquam regnum adeptus eſt inuictus omnino uitam exegit: ad lon/
giſſimumqꝫ humanæ uitæ terminum prouectus:& apud eos quorum dux erat:& erga hoſtes abſqꝫ om/
ni crimine ad extremum uſqꝫ ſpiritum uixit.Volo iam nũc ſummatim & per capita ipſius uirtutẽ percur/
rere:ut laus quoque in memoria promptius faciliuſqꝫ conſeruetur.Hageſilaus ſacra intra hoſtes etiam co/
lebat:putans ſcilicet oportere Deos non minus in hoſtili q̃ ſuorum agro ſecũdos & fautores habere.Deo/
rum ſupplices:etiam ſi hoſtes forent:minime uiolabat:Haud enim rationi conſentaneum iudicabat: eos
qui ſacra peculentur:ſacrilegos nominari:qui uero ab aris ſubices diſtrahebant: eos pios haberi. A diuinis
hymnis nunquam uacabat:utpote qui Deos crederet non minus ſanctis operibus: q̃ caſtris templis dele/
ctari:Quotiens ſecunda fortuna uteretur:non ſupra hominem elatus erat: ſed gratias Diis agebat: plura/
que fidens & in tuto poſitus ſacrificauit: q̃ reformidans uouerit.In metu hilaritatem præ ſe ferre:in ſecun
da fortuna benignus eſſe conſueuerat.Ex amicis non eos qui potentiſſimi:ſed qui promptiſſimi eẽnt: om
ni ſtudio complectebatur.Oderat animo non eũ qui accæptam ulciſceretur iniuriam:ſed & qui accæpto/
rum beneficiorum immemor deprehenderetur.Gaudebat animo cum turpes homines inopia laboran/
tes intueretur:iuſtos uero diuites redderet:cupiens uidelicet iuſticiam iniuſticia utiliorem conſtituere.Cũ
uarii generis hominibus uerſari quidem:ſed tamen non niſi bonis uti ſolebat.Quotiens uel laudari uel ui
tuperari quempiam audiebat: non minus eius qui dicebat: q̃ de quo uerba fierent: mores ſe diſcere opi/
nabatur.Eos qui ab amicis fraudarentur:minime carpebat:qui uero ab inimicis:eos omnibus modis in/
crepabat:incredulos decipere ſapientiæ opus cenſebat.credulos impium. Ab iis probari lætabatur:qui &
turpia improbare parati eſſent.Audacter & aperte loquentium neminem habebat inſenſum: mentis diſſi
mulatores nõ ſecus atque inſidiatores aſpernabatur. Calumniatores q̃ fures maiori odio perſequebatur
maiorem etenim iacturam eſſe putabat amicis q̃ pecuniis orbari.Priuatorum errata æquo animo ferebat
Regum intolerabilia rebatur.Ex illorum enim peccatis pauca:ex horum uero quammulta male euenire
iudicabat.Regiæ dignitati non aſtutiam:ſed bonitatis excellentiam cõuenire putabat. Cum plurimi uel/
lent ſui corporis ſimulacrum gratis effingere:nunquam id fieri paſſus eſt:animi uero monumenta poſte/
ris reliquere nunquam deſtitit.Nam illud ſculptorum:hoc ſuum.Illud diuitum:hoc bonorum eſſe opus
arbitrabatur.Pecuniis non iuſte modo:uerum etiam liberaliter utebatur.Iuſto enim ſatis eſſe:ſi ab alienis
abſtineat:liberali de ſuo quoque ad utilitatem hominum erogandum eſſe credebat. Fortunam continue
meruebat:putans eos qui beneuiuant nondum fortunatos:qui uero glorioſe interierunt eos iam beatos
eſſe.Maiorem cenſebat eſſe miſeriam a cognoſcente:q̃ ab ignaro uirtutem & bonas actiones negligi:Nul/
lam cupiebat gloriam:niſi eius ipſe propria nauaſſet opera.Nõ ferre quidẽ:ſed æquo animo omnia ſuffer/
re:quod pauciſſimi mea quidem ſententia faciunt:uirtutem opinabatur: Lætari ſane magis qꝫ laudem:q̃
qꝫ pecuniam conſequeretur:fortitudinem tamen ſæpius conſulto:q̃ temere:& cum diſcrimine oſtendebat
Sapientiam re magiſquam uerbis exercebat.Amicis cum benigniſſimus foret: inimicis tamen horribilis
eſſe.Cũque laboribus repugnaret:ſociis tamen libentiſſime obtemperabat: pulchrorum ſcilicet operum
q̃ pulchrorum corporum auidior.In ſecundis rebus moleſtum ſe præbere:in aduerſus bene ſperare noue
rat:Gratioſus eſſe non ſanctomatibus:ſed morum lepore ſtudebat Magnanimitate non inferenda ſed re/
mittenda iniuria utebatur.Elatos itaqꝫ contemnens:mediocribus humiliorem ſe præſtabat.Ex hoc enim
ornamentum ſibi quærebat:ut corpus quidem ſuum tenui apparatu:exercitum uero ornatu ſplẽdido iſi
gniret.Atqꝫ ut ipſe quidem quamminime indigeret:amicis uero quammaxime prodeſſet. Acerrimus in
prælio pugil:placabilis:& facillimus uictor exiſtebat.Ab hoſtibus difficillime decipiebatur.Amicorum fi
dei credulus erat:in amicorum rebus tute conſtabiliendis:hoſtium uero delendis aſſidue laborabat.Eum
cognatorum ſtudioſum conſanguinei nuncupabant:qui eius opera uterentur inexcuſabilem:qui ei inſer/
uiſſent:memorem:qui iniuriam paſſi eſſent:adiutorem:qui in eodem periculo una cum ipſo obſeruaren
tur poſt:deos ſaluatorem.Hoc quoqꝫ ſolus omnium aperte declaraſſe mihi uidet:uim quidem corporis
ſenercere:animi autem robur in præſtantibus uiris inſeneſcibilem permanere itaqꝫ magnam & honeſtã
gloriam appetere nunquam defeſſus eſt.Animi ſui magnitudinem corpus etiam ſuſtinere poterat:quo ef
fectum eſt ut iuuenilem ætatem ipſius ſenecta ſuperauerit.Quis enim uiridi adhuc ætate florens tanto fu
it hoſtibus terrori:quãto Hageſilaus:cum ad longiſſimum ætatis ſpatium ꝓuectus eẽt?Quis morte ſua
tantam hoſtibus læticiam præbuit quantam Hageſilaus etſi iam in extrema neceſſitate obiiſſet?Quis tã/
tam ſociis fiduciam fecit:quantam Hageſilaus etiam in uitæ obitu poſitus?Quid magis noui amici opta
uerunt:q̃ Hageſilaum:tametſi ſenex defunctus eſſet?Demũ uir ille tam conducibilem patriæ uitam ægit
ut etiam poſt mortem non parum ciuitati utilis in æterna habitatione permãſurus ſit:uirtutis quidẽ ſuæ
monumenta per totum terrarum orbem adeptus:regale autem in patria ſepulchrum conſecutus.

# POMPEII VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRAECO IN LATINVM PER ANTONIVM TVDERTINVM VERSA.

ERGA POMPEIVM MOX EX IPSO INITIO VIDETVR POPVLVS ROMANus
affectus quemadmodum.Prometheus Eſchyli aduetſus Herculem.Apud enim Eſchylũ
liberatus ab Hercule prometheus inquit:inuiſi patris hoc mihi dulce eſt pignus. Nullum
quippe aut maius odium aut acrius Romani in alium ducem oſtenderunt:quã ĩ patrem
Pompeii ſtrabonem.Dum enim uixit:eius potentiam armis partam extimuere.Nam uir
fuit bellicoſiſſimus . Cum uita ceſſiſſet fulmine ictus:elato funere eius cadauer e lecto ab/
ſtraxere:Ac in ſummis probris habuere:Nõ tamen populi beniuolentiam : aut citius inceptam : aut uali/
diorem in rebus lætis:aut in labentibus diuturniorem Romanorum quiſquam habuit: q̃ pompeius. Illi
odii cauſa una eſt habita:inexpleta auaritia : Huic beniuolentiæ plures:uitæ continentia : armorum peri/
tia.Linguæ perſuaſio morum fides:& conueniendi modeſtia.Vnde abſꝗ triſtitia neminem rogauit:abſꝗ
alacritate nulli obſecutus.Aderat enim eius gratiis:nihil cum faſtu dare:nihilꝗ niſi ample ſuſcipere a pue/
ritia ipſa aſpectum habuit non mediocriter populari gratiæ accomodatum:& qui uocem ipſam anteiret.
Quod enim in eo ad amorem alliciebat:non ſine dignitate & pergrata humanitate fuit. Cum iuuenili flo
reret ætate:ex templo mores & uerendi & regii elucere:niſi ipſius coma paululum protẽſa. Ex oculorum
liniamentis ac lenitate ad ſimulacra regis Alexandri licet dictu magiſquam proſpectu ſimilitudinem red/
didit.Vnde in ipſo initio non effugit quin Alexandri nomen plærique ſibi adiicerent. Quidam etiam po/
ſtea per iocum Alexandrum eum appellauere.Ex quo.L.Philippus uir conſularis in quadam pompeii de/
fenſione : Nihil inquit ſeſe indignum agere:cum ſit philippus : ſi Philalexandros ſit : Floram meretricem
dicunt iamiam ſeneſcentem grate atque pie ſemper meminiſſe conſuetudinis : quam cum Pompeio ha/
buerat:dicentem ꝙ ab ipſius concubitu ſine morſu abire eum non erat.Narratur præterea eam retruliſſe
Geminium pompeii familiarem:ꝙ amore ſuo flagraret:ſollicitando moleſtias plurimas ſibi intuliſſe: ſed
ea reſpondente ob pompeium haud illi obſecuturam:Geminius Pompeio rem aperit:quo obſecutus Ge
minio . Deinde conſuetudine & aſpectu Floræ abſtinuit:licet ſedulo eam amare uideretur . Quod Flora
non meretricio dolore tulit: ſed ex ingenti mœſtitia uirique deſiderio nõ paruum tempus elanguit. Hoc
ſcortum aiunt formoſitate ſua adeo effloruiſſe : adeo etiam fuiſſe celebre:ut cum Cecilius Metellus ſtatu/
is picturiſꝗ Caſtoris & pollucis templum ornaret:illius ſimulacrum pulchritudine inſigne affixiſſet. De/
metrii coniugem qui pompeii libertus plurimum apud ipſum poterat : quiue cenſum trium milium ta/
lentorum reliquerat: pompeius præter naturæ ſuæ mores non humane non liberaliter habuit : timens:
ne ab illius pulchritudine:quæ uulgo ĩexpugnabilis habebatur:uictus uideretur.Sic ergo pompeius:cum
in iis longe prouidus percautuſque eſſet:non tamen ab æmulis effugit infamiam: ſed in nuptiis male au/
diebatur:quarum gratia in republica omiſiſſe multa fertur.De uiuẽdi ſobrietate atque facilitate hoc ex eo
memoratur:Medicus languenti ipſi & ad cibum ſe male habenti:turdum dari mandauit.Hunc autem cũ
uenalem non inuenirent:nõ enim tum eos ferebat tempus:cognitum a quodem eſt apud lucullum ipſos
inueniri poſſe:qui eos per integrum annum alebat. Ad quæ ĩquit pompeius:ſine Luculli illecebris ipſe nõ
uiuam? Inde dimiſſo medico ex cibis facillime comparatis quoddam ſumpſit. Sed hic poſtea adhuc omni
no adoleſcens ſub patre militans qui aduerſus Cinnam ductabat exercitum.L.Terentium comitẽ contu/
bernalemꝗ habuit.Hic terẽtius pecuniis a cinna perſuaſus pompeium ipſe ĩterfecturus erat. Cuius rei in/
diciũ cũ circiter cœnã a pompeio haberetur:nil exterritus eſt:ſed per hilaritatẽ potũꝗ Terentium habens
mox ut ad quietem uertendum fuit:clã e ſtatione ſe proripuit:latuitꝗ præſidiũ deinde cũ circa patrẽ loca/
uiſſet:accubuit.Terentius ut opportunitatẽ adeſſe exiſtimauit:enſe ſtricto ĩminens pompeii ueluti dormi
entis cubiculo q̃plures fruſtra adægit ictus.Inter hæc ob odiũ ducis fit maximus motus: & ad defectiõem
magnus militũ ĩpetus contubernia paſſim armaꝗ diripiẽtũ.Dux tumultuantiũ metu corã haud ꝓfectus
pompeius in mediũ ſeſe ĩgerens:illachrymanſꝗ fuori finem orare. Tandẽꝗ ante ualli ipſius portã ſe ꝓſter
nens:ſe obicẽ furentibus dare:Cũꝗ gemitu ſeſe peſſundari ab egredientibus iuberet:quilibet ergo pudo/
re captus ceſſit:omneſꝗ præter octingentos milites mutatis animis tũ duci conciliati ſunt.Defuncto Stra
bone extemplo patre põpeius peculatus accuſatus eſt.Qui cum plurima ex ablatis reperiſſet : libertum ẽt
unũ nomine:Alexandrum:q multa ſurripuerat:prætoribus detexit.Ipſe in rætia quædã uenatoria libroſ/
ꝗ quoſ ex Aſculo rapuiſſet:criminabatur.Sed hoc capto Aſculo ab ipſo patre ſuſcæperat.quæ poſtea ami/
ſit in reditu Cinnæ:cũ illius Satellites põpeii domũ diripuiſſent.ĩ huius cauſæ iudicio ĩ accuſatorẽ nõ pau/
ci põpeio cõcertauere:inter quos & perſpicax & præter ætatem adeo cõpoſitus uiſus eſt:ut cũ gloria gratiã
beniuolentiãꝗ reportaret.Ex quo Antiſtius prætor:qui cauſæ præſidebat: põpeii beniuolẽtia captus:eius
filiã uxorẽ ſpopondit.Deinde ꝓ eo neceſſarios amicoſꝗ perorauit.Quod cũ ſuſcepiſſet põpeius & occulta
quædã fœdera ĩter ipſos inita eẽnt:tamen ex diligẽtia ſtudioꝗ antiſtii: pleroſꝗ res ea non latuit.Sed cũ ſen
tentias tandẽ iudicũ efferre turba ueluti præmonita nuptiale illud uerbũ Thalaſſiũ ex uetuſto ritu accla/
mauit.Mos hic ĩde initiũ cæpiſſe memoratur:cũ ſabinæ quæ ad Romana ſpectacula uenerant a primori/
bus urbis raptæ fuiſſent ignobiles qdã uiri opiliões ac bubulci puellã permagnam eximiæ pulchritudinis
adducentes captã:ne a quoq̃ e primis obuiã forte facto præda ſpoliarentur:curſitãdo Thalaſſium acclama
uere.Erat Thalaſſius uir ĩter oẽs notiſſimus:atꝗ lepidiſſimus.Vnde eius nomĩe audito:cũ Plauſu lætitia/
ꝗ exultabant.oẽs:alacri clamore Thalaſſium repetentes.Ex hoc dicũt cum Thalaſſio id cõiugiũ maxime

fœlix fuiſſet:uoce hac fauſtum ſimileq; connubium cum riſu iocoq; nouis nuptis optari:in his quæ feruntur ex clamore Thalaſſi.hoc magis credendum eſt.Paucis deīde diebus poſt Pompeius Antiſtiā duxit.Ad exercitum Cinnæ profectus ex illato quodam crimine falſo licet calūniaq; metu actus:clam inde abſceſſit. Quo in exercitu haud eſſe cognito crebuit inter milites rumor:adoleſcentē Cinnam interfeciſſe.Quare ꝙ ueteri odio in cinnam æſtuabant:impetū in eum fecere.Diffugiens ergo Cinna a quodā comprehēſus eſt: qui inſidias ipſi locauerat:quiue ſtricto enſe eum ꝑſequebatur.Captus ante genua ꝑſecutoris ꝓcubuit:bullamq; quā precii ꝑmagni habebat:illi obtulit.Sed ille īſolenter nimis nō inqt uenio fideiuſſionem obſignaturus:ſed de ſcelerato & iniqſſimo tyranno uindicaturus:moxq; eū trucidauit.Cæſo Cinna:Carbo crudelior ꝙ Cinna tyrānus rebus ſucceſſit. Tumq; ob p̄ſentia mala deſideratus a plæriſq; & ſylla erat.Non.n.parum fore bonum exiſtimabant:qđ mutaret̄ dominus.Eo nāq; ciuium clades urbem impulerāt:ut deſperata libertate ſeruitutem mitiorem quererent.Pōpeius hac tempeſtate apud picenum diuertebat̄.Poſſidebat illic agros:p̄terea quod maius erat:beniuolentiā ac amicitiam ciuitatum:quā a patre ſibi relictam conſuetudine p̄ſentiæ ſuæ adaugebat. Illic itaq; aſpiciens ciuiū optimos clariſſimoſq; ꝓpria deſerere:& undiq; in caſtra ſyllana ueluti ad portum quēdam confluere : ſeſe indignum ratus eſt:ꝙ ueluti fugitiuus conſilii haud expers præſidiiq; non inops quietem ageret:neq; tanꝗ uir cui benemerita aderant:cū copiis ſplendide ad Syllam iret.Picenum igitur omne commouit:prætentans uiroꝝ animos.Sed hi auide ſibi paruere: proq; Carbone profectos haud admiſere . Qua in re dicente Vidio ꝙ ex ludo pedagogi pompeius populi princeps cōfeſtim emicuiſſet:adeo illoꝝ mentes indignatione motæ ſunt:ut īpetu ī eū facto ipſum necauerint.Pompeius iam tum tertium & uigeſimum annum agens:prætor a nullo deſignatus in Auximo ciuitate quippe ampla ſeipſum in ſubſellio medio in foro poni iuſſo conſtituit:deinde geminos fratres Ventidios:qui primores in ea urbe fuerāt quiue Carbonis partes aſſerebant:cum ciuitate damnatione ſua eieciſſet:delectum militum habuit.Centuriones hinc decurioneſq; iuſta militiæ ornamēta cum præfeciſſet delectui cæteras circum ciuitates pari opera ambiuit.Exquo cum cederent ii:qui hactenus cum carbone ſenſerant:& uoluntarii alii ſe cum pompeio committerent parua mora legiones tres comparauit.Quibus cū cōmeatum uaſa currus cæteroſq; apparatus neceſſarios apparuiſſet:ad Syllam contendit:non quippe properans ꝙ ea latere haud optabat: ſed in itinere ipſo moram agens:accerrime hoſtes inſequendo . Præterea quocunq; per italiam iret:omnium animos ſollicitabat:ut a Carbone deficerent. Tātiſper igitur tres ſimul duces ſimulq; hoſtes in pompeium ſurgunt:Carinnas:Celius:Brutuſq;.Hi non ab una fronte impetum parant:ſed tripartito agmine Pompeium ambire conantur ueluti ipſum ſuaq; laceraturi.Non extimuit tamen ille:ſed cunctis copiis aduerſus bruti agmen equitatum eduxit.In quo ducis partes ipſe ægit. Cæteꝝ cum pariter & ab hoſte gallicus equitatus irruiſſet:præfectum equitum unum eūdemq; robuſtiſſimum præueniens Pompeius:eum graui haſta ictum ſtrauit.Cæteri tum in fugam uerſi peditatum adeo turbauere:ut idem omnium fugæ eſſet:impetus.Ob hæc ducibus in ſeditionem uerſis:quo ſors dedit abierunt omnes Pompeio diſſipatis metu hoſtibus ceſſerunt ciuitates. Deinde cum Scipio qui tum erat conſul:pōpeium adoriretur:antequā phalanges ſub ictum telorum iſſent:milites Scipionis Pōpeianis ſalutatis a duce defecerunt: Scipioq; ipſe fugam arripuit.Carbone demum iuxta Arſum fluuium frequentes equitum alas aduerſus Pompeium concitante : cum robore obiectus illi pompeius terga dantes omnes in anguſta quædā equiti inuia perſequendo ægit.Ex quo illi ſalutis ſpe amiſſa:cū armis ſe dedidere.Hæc ad aures Syllæ nondum peruenerant:ſed primum nuncium rumoremq; pompeio timens tot tantiſq; ducibus hoſtibuſq; īplicito approperat auxilium laturus.Pompeius appropinquare Syllam cum audiſſet:omnes copias iarmis militariq; apparatu eē iuſſit:uti pulcherrime ſplēdideq; ſe uenturo īperatori oſtentēt. p̄mia nāq; magna honoreſq; amplos ab eo ſperabat:quibus etiam maioribus poſtea potitus eſt . Vt ergo ſylla uenientem pompeium aſpexit:militeſque incredibili aſtare robore:& ob pugnas ſtrenue geſtas elatos hilareſq; eſſe:ex quo exiliens & imperator de more appellatus pompeium & ipſe imperatorem contra ſalutauit. Quod præter omnium ſpem fuit:ut uiro iuueni nec dum in ſenatum admiſſo:id nomen ſylla communicaret:pro quo cū ſcipiōibus Mariiſq; certauerat.Cætera colloq ac beniuolentiæ ſyllæ haud fuere hiis diſſimilia ſub argentis aduenienti pompeio caputque enudantis:quæ erga alium haud facile fieri cernebātur licet iuxta ſe plures & optimates uiri tum circum adeſſent.His tamen pompeius nihil elatus eſt:ſed confeſtim in celtiberiam mittirur : quam prouinciam habebat tum Metellus:nihil ī eo apparatu ſuo dignum ægerat in hac prouinciæ deſignatione ferunt pompeium dixiſſe æquum non eſſe uirum ſeniorem & gloria clarum priuari exercitu:ſed ſi metellus annuerit iuſſeritq;:ut curæ ſocius ſit:tum ſe id prompte ſuſcepturum.Quod cum ſuſcepiſſet Metellus:eumq; proficiſci ſcriptitaſſet:pompeius prouinciam adortus p̄claris ſuis geſtis floruit:uires præterea Metelli quas hactenus feruentes audaceſq; pugnando habuerat: tū ob ſenectam extinctas excitauit calefecitq;.Quemadmodum æra ab: igne liquefacta ſi frigido firmoq; eri infundantur:magiſque ignes illud moliunt diſſoluuntque:ſed ut in athleta qui princeps īter fortiſſimos habeat̄:agoneſq; undiq; glorioſe uicerit:nulla habet̄ rō puerilīū certaminū:quæ alicuius memoriæ digna non exiſtimant:ſic geſta quæ tū geſſit pōpeius per ſeſe admiranda ſtupendaq; præ magnitudine copiaueroꝝ quæ poſtea ægit obſcura:ac obruta ſunt.Ea igitur ꝓſeq timeo ne his īmorādo initiis:ab illis abſcedamus quæ ampliſſima mores & habitū uiri maxime oſtendant.Cū ergo uiciſſet italiā ſylla ac dictator fuiſſet appellatus:cæteros qdē exercitus ſui præfectos īſigniuit meritis:hos ad diuitias:alios ad dignitates: magiſtratuſq; prouehens:alios ut quēq; decuit abunde donis erexit.Pōpeii uero uirtutē admiratus magnūq; præſidiū ſibi fore eū exiſtimās affinitate ipſum iūgere ſibi curat:cui rei cū Metella uxor ſuo nutu cōſilioq;

faueret.Pompeio ſuadent:ut Antiſtia dimiſſa: Aemiliã Syllæ priuignam e Metella Scauro genitam ducat.
Hæc nup uiro copulata fuerat:& ex eo grauida erat.Vnde hoc cõiugium tyrannicum magiſq; tempeſtati
ſyllanæ congruens q̃ Pompeio uiſum.Ad ſeipſum ergo p domeſticum quẽdam Aemilia ducta ẽ: repudia-
ta Antiſtia ĩprobe miſereq;:q̃ nup ob uiꝝ orbata patre fuerat.Iugulatus nãq; Antiſtius nup in ſenatu exti-
terat:ꝙ ob Põpeium ſyllanã factionem ſequi uidebat᷑.Hoc repudium cũ Antiſtiæ mater agnouiſſet:mor-
tem ſibi conſciuit.Vnde noua quædã in tragicoꝝ materia hæ nuptiæ uiſæ ſunt:cum etiã nupta ipſa apud
Pompeiũ mox ex partu obiiſſet.Inter hæc ꝑpennas nunciat᷑ occupauiſſe ui Siciliã & ĩ ſyllanam factionem
inſulam hanc ꝓpugnaculum quoddam p̄parari:Carbone illic cũ Claſſe inſtructo:& Domitio in Aphricã
irruente:aliiſq; etiã illuc fugitiuis affluentibus magnis atq; p̄claris uiris quotquot ſyllanam ꝓſcriptionem
p̄uenere.Ad hos motus cõprimendos cum amplo apparatu Põpeius miſſus eſt.Ex quo extemplo Perpen-
nas Siciliam ceſſit:Pompeiuſq; ciuitates afflictas ad ſe recepit:eaſq; oẽs p̄ter Meſſanam clæmentiſſime ha-
buit.Mamertinis enim ius dicendum a pompeio petentibus ex eorum ĩſtitutis antiquis a populo Roma-
no conceſſum:non definitis inquit Pompeius ĩſtituta recitare ſuccincti gladiis. Viſus eſt etiam Pompeius
in Carbonis clade immitius ſe extuliſſe.Si enim oportebat(quẽadmodum forte oportuit)eum occidere:
extemplo captum perdere dicunt:iubentiſq; id opus uideri poterat.Sed pompeius illum uinctum produ-
xit in medium uirum triplici inſignem conſulatu:eumq; coram ſtantem ipſe tribunitio ſubſellio ſedens
damnauit.Hoc grauiter qui aderant indigneq; ferentibus:damnatum deinde procul adductum interfici
iuſſit. Hic quippe carbo cum ad cædem duceretur: fert᷑(ut enſem ſtrictum ſibi imminere conſpexit)locũ
& horam pbreuem orauiſſe:ꝙ onere uentris moleſtaretur.S.Oppius [illegible] Cæſari conſuetus:memorat Põ-
peium etiam minus pie.Q.Valerium habuiſſe.Cum enim ipſum nouiſſet uirum philoſophũ imprimiſq;
eruditum:ut coram adductus eſt:factis ſimul quibuſdam ſpatiis:& percontante pompeio uiroq; reſpon-
dente:mox ſatellitibus iuſſit:ut inde adductum occiderent:ſed Oppio de hoſtibus Cæſaris haud beniuo-
lis narranti nimium per caute credendum eſt:põpeius hoſtes ſyllæ gloria datos ac manifeſte comprehen-
ſos neceſſariis affecit ſuppliciis:alios quotquot licuit:latere paſſus omiſit.Quoſdam etiã non ſine præſidio
ſuo abire iuſſit. Vni reorum urbem cum mulctare cenſuiſſet:quia cum hoſte ſenſerat : Stenis eius populi
princeps petita ad defenſionem uenia:non inquit pompeium iure facturum:ſi nocentes dimittat : & con-
demnet innocuos.Hunc autẽ cũ interrogaſſet põpeius:quem nocentem diceret:meipſum inquit:qui be-
niuolis ciuibus meis hæc perſuaſi:inimicos uero coegi.Admiratus tamen pompeius uiri fiduciã ac digni-
tatem eum crimine primum liberat:cæteroſq; deinde omnes.poſthæc audiens pompeius milites ſuos:cũ
iter agerent inepte & abſq; ordine ire:omnium gladios obſignauit:quiq; ſignum non obſeruabat illæſum
mulctabatur.Dum hæc in Sicilia ciuiliter adminiſtrat:decretum ſenatus ac a ſylla litteræ datæ: quibus iu-
bebatur in Aphricam traiicere:omniq; manu oppugnare Domitium:apud quem omnes hæ conuenerãt
copiæ:cum quibus nuper Marius ex Aphrica in italiam rediens rerum potitus erat : tyrannus ex exule fa-
ctus.Extemplo igit᷑ pompeius omni apparatu in expeditionem extructo: præfectum ſiciliæ monimium
ſororis ſuæ uirum inſtituit:eq; inſula ipſe ſoluit cum uiginti & centum nauibus longis:onerariiſq; ad fru-
mentũ tela pecunias atq; machinas octoginta.Hæ cum partim ad Vticam:partim ad Carthaginem appli-
cuiſſent:ſeptem milia hoſtiũ ad põpeium defecere:q & ipſe ſex integras legiões ducebat. Rẽ hic perridicu-
lam ſibi attigiſſe memorant . Quidam.n.milites(ut aliquãdo aſſolet)cũ a Bruto cuidã theſauro ĩcidiſſent
frequentes pecunias inde nacti ſunt.Ego cognito uiſum reliquis omnibus eſt:eum locum plenum eſſe pe-
cuniarum quas Carthaginenſes quondam exactis cladibus terra condidiſſent . Ex quo pluribus diebus
nulla ſuorum militum opera frui pompeius potuit:omnibus ad perquirendum theſaurum uacantibus:
ſubridens uero eos ambibat.Aſpiciens tot ſimul uirorum milia ea loca perfodere:eaq; undique ĩcredibili
ferme impetu euertere Feſſi tandem & ſpe eluſi ſeſe:ut quocunq; dux eos ducere uellet:præbuere : ut qui
ſtulticiæ ſuæ pœnas daturi eſſent . Domitius autem cõtra inſtructo exercitu uallem quandam grauem &
aſperrimam ſuperaturus:ab imbre ualidiſſimo:uentoq; qui matutinus ſpirabat detentus eſt.Vnde ea die
pugna deſperata a Domitio ad ſtationes redditum eſt:ſed pompeius ratus id tempus ſibi conducere : ag-
mine citato uallem euadit.Tum hoſtes tumultu facto nullo ordine manere:neque omnes plane ſubſiſte-
re.Ventus præterea circum inſtabat:Procellamque coram propellabat.Nihil tamen minus & ea hyems
Romanum perturbauit:ꝙ ſeſe mutuo aſpicere haud poterant.Ipſe etiam pompeius ꝙ ferme incognitus
fuiſſe:fere periit:quod roganti militi ſignum tardius dediſſet.Cum hi tamen cæde multa hoſtem urgerẽt
feruntur enim ex uiginti milibus hoſtium tria tantum milia effugiſſe.Pompeius imperator appellatus ẽ.
Sed dicente eo honorem hunc haud ſe ſuſcepturum:quouſque uallum hoſtile ſtaret:ſique dignum ſe tali
appellatione exiſtimarent:illud deiicerent:mox impetu facto in uallum irruere.Quo ĩ conatu pompeius
priori piculo monitus:abſq; galea certauit.Vallũ tandẽ captũ eſt:periitq; Domitius.Ciuitatũ aliæ confeſti
paruere:aliæ ui captæ.Hiarbas Rex tum cõprehenſus:qui cum Domitio bellum inierat:cuius ſceptro de-
inde Hiempſal ſucceſſit:proſpera ergo fortuna põpeius frætus ac robori militũ fidens:Numidiam impe-
tit.Inqua:quod diebus pluribus peragrandum erat:agmine concitato excurrens:ea ſubægit omnia q̄bus
obuiam factus eſt.Cũque barbaris eius regionis populũ Romanũ extimeſcendum oſtẽdiſſet & pontentiſ-
ſimũ:non oportere inquit feras Aphricã incolentes fœlicitatis roboriſq; Romani expertes linqui Vnde in
uenationibus leonum elephantũq; dies licet non multos triuit.Omne uero belli Aphricani tẽpus atq; ui-
ctoriæ ex quo domitis hoſtibus regionẽ ſubægit:quadraginta dieꝝ fuit.Quo in ſpatio frequens etiam ĩ-
ter teges factus arbiter:multa iudicauit:annũ tum quartum & uigeſſimum agens ætatis.Reditu in Vtica

facto litteræ ſibi a ſylla ſunt redditæ:quibus iubebaẽ:uti reliquo dimiſſo exercitu cũ una legiõe ſucceſſorẽ
expectaret:in qbus tacite ipſe triſtatus eſt:ægreq; id tulit.Sed maniſeſto totus exercitus ĩdignatione ẽ mo/
tus.Deinde orante Põpeio iuſſa ꝑfici:obtrectare Syllã cœpere:Pompeiumq; haud ꝑmiſere ut abſq; ſeſe abĩ
reſperaret:tyranno credendũ non eẽ aientes.Tẽtauit primo Pompeius eoꝝ aĩos mollire: admonereq; uti
iuſſis crederent.Sed poſtq̃ ſuadere id nequiuit:e ſubſellio deſcedens inſtationẽ mœſtus illachrymanſq; ceſ
ſit.Sed areptum milites in ſuggeſtu reponunt.Hac in altercatione plurima diei pars:aſſumpta iubentibus
illis manere eum ac ĩperare:Pompeioq; contra exhortante:ut ſylle iuſſus abſq; ſeditione cederent : tãdem
non deſinentibus illis:ſed acrius urgentibus:preceſq; cũ clamore admiſcentibus:iurauit Põpeius ſeipſum
interfecturum:ſi uim afferent.Quo etiam pacto eos uix acquieſcere coegit.Cæterum ad Syllam primum
nuntium allatum eſt:Pompeium defeciſſe.In quo ad domeſticos uerſus dixiſſe ferẽ:fato utriq; ſibi immi
nuiſſe:ut ſeni cum pueris certandum eſſet.Quod ad Marium iuniorem etiam dictum commemorant:a
quo grauia q̃multa pertulerat:& ferme ad extrema fuerat cõpulſus.Re poſtea certius cognita:compertoq;
ut aduenientem Pompeium undiq; uiri omnes exciperent exq; beniuolentia cum ampla pompa proſeq/
rẽtur:præuenire eum accelerauit.Profectus ergo & illi obuiam factus:q̃latiſſime dexteram iunxit: eumq;
ingenti uoce magnum ſalutauit:iuſſitq; omnibus qui tum aderant:ut ſimiliter magnum eum appellarẽt.
Alii dicunt cognomen hoc primum ĩ Aphrica ab uniuerſo exercitu illi inditum:deinde uim atq; conſue/
tudinem ex hac Sylle affirmatione habuiſſe.Pompeius tamen ipſe omnium poſtremus:longoq; tempo/
re poſt ꝑconſul in Iberiam aduerſus ſertorium miſſus:ſe in epiſtolis ſuis actiſq; magnum Pompeium in/
ſcripſit.Iamiam enim ex ipſa conſuetudine id cognomen inuidia carebat.Vnde merito quis admirari ma
xime poteſt.Romanorum priſcos non hos ſolos qui præclara confecerant bella: quiue ſtrenue manu uſi
fuerant.Sed eos etiam qui remp.conſiliis uirtutibuſq; ſuis decorarunt:huiuſmodi cognomentis ſæpe ex/
ornauiſſe.Duos.n.populus Romanus cognominauit maximos:Valerium q; patres a plæbe diſſidẽtes cõ/
ciliauit:Fabium Rullum q; diuites quoſdam uiros ex libertis genitos e ſenatu amouit.Pompeius deinde
triumphum petit:cui ſe obiicit Sylla conſuli enim aiebat:aut duci triumphum lege tantum permitti. Vn
de ſuperior Scipio magnis & arduis præliis cum in Hiſpania ſuꝑauiſſet Carthaginẽſes: triumphũ nõ po/
ſtulauit.Nõ.n.tum erat cõſul:aut id bellũ ſuis gerebaẽ auſpiciis.Addebat ꝑterea Pompeii triũphum: q uix
pubeſcebat:quiue ob ætatem necdũ in ſenatu admiſſus fuerat.oĩno gloriã ĩuidioſam illi parituꝝ:prĩcipa/
tumq; ſuũ ab uniuerſis ciuibus ægre ꝑferendum.Hæc aduerſus Põpeium Sylla colloquebaẽ:ueluti illi nõ
aſſenſurus:ſed cõtentione ſua ĩpediturus rogationẽ:non tamen ob hoc territus Põpeius eſt:ſed Sylle ſubie
cit:plures eos eẽ qui orientem uenerarenẽ ſolem:q̃ occidentẽ.ueluti potẽtia ſua tũ creſceret:Sylla uero mi/
nui & extingui uidereẽ. Quæ ſylla plane animaduertit:ſed cũ ad ſtantes uidiſſet & ex uultu & ex geſtu in
admirationẽ actos:dictum eẽt rogauit.Quo cognito admiratus Pompeii fiduciam : Bis acclamauit: ergo
triumphato . Qua in re cum indignatio plures:caperet:grauiterq; id ferretur:optans Pompeius grauiori
mœſticia eos afficere:conatus eſt curru quattuor Elephãtibus ducto triumphum ducere:ĩter alia quæ ex
Aphrica adduxerat:horum nonnullos captiuos duxerat:anguſtiori tamen porta urbis prohibitus : equis
uſus eſt.Inter hæc milites quod non potirentur quæ ſperauerant:cum moleſtiores fierent: & appararẽtur
ad tumultum:nihil curæ ſibi eſſe pompeius inquit:triumphum mittendum magis q̃ eis blandiendũ. Ex
quo ſeruilius homo clarus : quiue pompeio in triumpho obſtiterat:tunc inquit:ſe uidere pompeiũ meri
to magnum:& triumpho digniſſimum:Manifeſtum quippe tum etiam fuit:pompeium ſi uoluiſſet:ĩ ſe/
natu tum potuiſſe admitti:ſed neglexiſſe hoc fertur:rem glorioſam cupiens ex minus glorioſa uenari.Nõ
enim id erat nouum ob ætatem expertem ſenatus eum eſſe:ſed pergloriofum & ſplendidum uirum nõ/
dum ſenatorium triumphum agere.Quod etiam ſibi popularem beniuolentiam quãmultã attulit. pera/
cto enim triumpho copioſus plæbis numerus pompeium inter equeſtres inuentum laudibus maioribus
ornare:ſibiq; congratulari:ſylla tum quidem triſtari:inſpiciens ad quem potẽtiæ tumulum atq; gloriæ il
le aſcendiſſet:ſed pudore captus ĩpediendi ſilentium agebat.Vi tamen & inuito eo pompeius Lepidum ad
conſulatum euexit:Comitia quippe habuerat & plæbis ſuffragia:quæ ſibiipſi inuigilabant:Lepido inclina
uit.Quo facto cum aſpexiſſet ſylla pompeium multitudine ſeptum per medium abire forum:Video te ĩ/
quit adoleſcens:ob uictoriam lætari.Quomodo non magna & pulchra hæc ſunt:Catulo uirorum opti/
mo:Lepidum omnium miſerrimum in conſulatu prælatum fuiſſet:Te ſuffragia etiam præbẽte? Caue ne
dormias:quin rebus animaduerte. Validiorem enim aduerſarium tibi cõſtituiſti.Maxime etiam oſtẽdit
ſylla ſe minus beniuole cum pompeio habere ex teſtamento.Aliis enim munera legauit:alios filii curato/
res inſtituit:ſed pompeium omnino omiſit.Tulit tamen hoc pompeius modeſte nimis placideque.Vnde
obſtante Lepido cæteriſque nonnullis ne in campo martio ſylla tumularetur:neue publica efferetur im/
penſa:pompeius præſidio ſuo gloriam ſimul defenſionemque funeri attulit.Defuncto ſylla poſtquam ci/
uium præſagia ac coniectationes palam fuere : & Lepidus confeſtim ſe ſyllanæ factioni caput præſtitit:
nec id ficte aut ſimulate ſeu indagine quadam: Sed palam arma efferendo : Priores ſeditionis reliquiæ:
quæ diu exangues ſyllam prætererant: Ab ipſo collectæ commotæque . Eius collega Catulus ſaniorem
urbis partem patrumque plæbiſque aſſerebat. Homo enim erat auctoritatis integritatis æquitatis: tum
ciuium omnium primus.Videbatur autem hic uir ciuilibus negociis q̃ rei militari commodior:& res ipẽ
deſiderare pompeium agnoſcebantur.Quare pompeius qui extemplo bonis ſeſe addiderat aduerſus Le/
pidum dux declaratur.Hic enim iam tum in italia mulra occupauerat:& citeriorem galliã per brutũ ſupe
ratam ui detinebat.Cætera pompeius facile uicit.ſed cum rediret.Brutũ per lõgiuſculã morã Mutinæ ob

ſedit.Quo in ſpatio Lepidus ad Romã uectus:extra mœnia locatus ſecundum conſulatũ petit metu ac tu
multu nõ paruo intra urbem iniecto.Pauorẽ tamen hunc Pompeius ꝑ epiſtolam ſoluit nuncians ſe abſq;
congreſſu hoſtium uictorem eẽ.Nam Brutus ſeu ſponte ſeu a militibus ꝓditus mutatis ad defectionẽ ani
mis ſalutem ſuã militumq; Põpeio cõmiſit.Deinde eqtibus qbuſdã p̃miſſis ad quoddã caſtellum iuxta pa
dum abſceſſit.eoq; poſt diẽ unam cum Geminius Põpeii iuſſu ꝑueniſſet:Brutus occiſus ẽ.Cuius cædis Põ
peius crimen haud euitauit.In ipſo.n.mutationis initio ad ſenatum ſcripſerat Brutũ ſe uolũtarium dediſ
ſe:deinde cõfoſſo eo:alias ꝑ epiſtolas acrius Brutum criminabat̃.Ex hoc bruto genitus eſt Brutus ille:qui
cum Caſſio in Cæſarem cõſpirauit:uix quippe patri ſimilis:q nec pugnans nec uita feſſus obiit:ut antea di
ximus.Amiſſa igit̃ Italia Lepidus in ſardiniã fugit:ubi morbo interiit:mœſtior nõ ex aduerſa ut aiunt for
tuna:ſed ꝙ in litterulã q̃dam incidit:ex quo adulterã uxorem agnouit.Cæterꝝ Sertorius qui tum Hiſpani
am tenebat:Lepido diſſimilis ac timendus Romani populi hoſtis erigit̃:ueluti ultimus ĩteſtini belli mor
bus Pompeio deſtinaret̃:Multos.n.minores duces cum ſuperaſſet Sertorius:appio Metello tum ĩplicitus
erat:uiro quidẽ claro ac bellicoſo.Sed q tunc ob ſenectæ grauitatẽ pigrius pugnandi occaſionẽ cõſequeba
tur.Celeritate qppe & ĩpetu Sertorii belli cõmoda plærunq; Metello ablata:ex ĩprouiſo.n.& tanq̃ ad latro
cinium Sertorius Metello obiiciebat̃.Præterea inſidiis ac ĩcurſionibus uiꝝ inquietabat legitimũ athletam
certaminum & exercitus grauis firmiq; ducẽ.Pompeius itaq; cum in armis eẽt:aĩum inclinabat ad p̃ſidiũ
Metelli ſeſe deſtinãdum.Quod ſuadente Catulo a ſpe non abfuit.Sed ĩ armis circa urbem ſedulo eẽ mate
riam q̃rere:neq; deſiſtere:quo uſq; exoptata ei cura mandata ẽ.L.Philippo in ſenatu orante.Qua in re ferẽ
cum inter patres admiraret̃ quis:rogaretq; Philippum an dignum exiſtimaret Põpeium ꝓconſulẽ in Hi
ſpaniã mitti:Non ꝓ cõſulẽ inqt ſed ꝓ conſulibus ueluti tum uterq; cõſul nullus eẽt.Cum Hiſpaniã Pompe
ius attigiſſet: q̃lia ad iunioris ducis rumorem cõtingere aſſolent:uulgo efferebant̃.Sed ſpe hoſtes eluſi po
pulos Sertorio paꝝ beniuolos cũ ſolicitaret:& quoſdã ad defectionẽ cum adduxiſſet:fert̃ Sertorius ĩſolen
tiſſime ſomnia id ꝓtuliſſe uirga & loris opus ſibi eẽ ad pueꝝ.ni uetulam extimeſceret:de Metello ſene lo
cutus:Hæc uerbo licet iactitaret:factu tamẽ p̃nimium erat ſolito cautior : metuq; Põpeii cautius ĩ hoſtem
ferebat̃.Metellus.n.quod incredibile ferme erat:delitiis oĩbus ac uoluptati ꝓpemodum fræna laxabat:in
genſq; ĩ ipſo ſuiſq; reꝝ erat mutatio ex ſubito luxu magnoq; ĩpenſæ ꝓfluuio.Vnde creſcebat pompeii glo
ria ac beniuolẽtia in ea diſciplina milites tenentis:q̃ haud permagno egebat ſumptu:Natura enim ſobrius
fuit:& cupiditatibus longe abſtinens.Cæterum eſt enim fortuna belli uaria.Nõ parum ĩdoluit pompeius
Sertorium Lauronem urbem ui cæpiſſe.Exiſtimarat enim ſe hoſtem circũuenturum:inq; hæc gloria ela
tus multa iactauerat:cum confeſtim ipſe circum obſeſſus eſt.Caſtra ergo mouere extimeſcẽs urbem ſuo
in conſpectu inflammatam aſpexit.Cum Erennium atque perpennam uiros præclaros magnoſq; apud
Sertorium duces qui ad eum confugerant:illique ſe belli addiderãt ſocios:apud Valentiam urbem fudiſ
ſet:ultra decem milia hoſtium cecidit.Qua elatus uictoria mox in ipſum feſtinat Sertorium : ne gloriam
metello impertiretur.Iuxta ergo Sucronem amnem ſole iam uergẽte copias ad pugnam ambo ĩſtruxere
duces timẽtes utriq; ne prælium præueniret metellus:pompeius ut certaminis ſolus gloriam haberet.Ser
torius ut cum ſolo pugnaret.Cõmiſſa itaq; pugna eſt:tandemq; equo marte dirempta.Vterq;.n.alterum
cornu ſtrauit.Verum ex ducibus maiori gloria eluxit Sertorius.Nam ſolus aciem oppoſitam in fugã uer
tit & pompeii cornu uir permagnus ĩ peditatu Sertorii:tũ eques aggreſſus eſt.poſtq̃ cum pompeio ipſo ad
ictum enſium uenit uterq; gladius deſſimili tamen plaga in manum utriuſq; corruit.põpeius ſautius tan
tum eſt:ſed hoſtis manus amputata.Hic tamen:cum in ipſum plæriq; e pompeianis impetum facerẽt:&
ſuorum fuga iam cœpta eſſet:ſe ex ineſperato recepit:equo hoſtibus dimiſſo phaleriſq; auratis ac ornatu
quo ampliſſimo fulgebat.quæ cũ ſortirentur milites non abſq; mutua militum pugna relicta ſunt.Quã
primum uero poſtea illuxit dies:ambo duces iterum ſtruxerunt acies proximæ pugnæ uictoriam quiſq;
ſuam fuiſſe aſſerens.Sed aduentu metelli ſoluto exercitu abiit Sertorius.Hi digreſſus cõgreſſuſq; iterum
uirorum horum extitere.Sæpius enim Sertorius nunc ſolus errare:nunc ueluti turbulentus torrens quin
decim ferme milibus militum coactis ĩ acie ſtructa eſſe:pompeius ea peracta pugna cum obuiam metello
fuiſſet:iamiam conuenturus:lictori faſces ſummittere iuſſit: metellum ueluti ampliori dignitate ueneran
dum ſibi concilians.Sed ille & id uetuit:& ĩ hoc & in cæteris omnibus æquis boniſq; uir nihil ſibi plus da
ri paſſus:q̃ ꝙ ueluti conſulari uiro & ſeniori ſignũ:cũ æquum imperium eſſet:ab ſe uno ꝓdiret:perſæpius
tamen binis metebantur caſtris.Seiungebat enĩ ipſos hoſtis uarius uaguſq;:ac parua in mora ſolitus ſe di
uerſis in locis oſtendere:& eos ab uno prælio confeſtim in aliud traducere.Tandem hos duces Sertorius
cõmeatu prohibens undiq; regionẽ depopulatus:præterea ꝙ pelagi eẽt potentior:utrumq; cogit ea parte
Hiſpaniæ:quã obtinebant:excedere.His itaq; anguſtiis uicti in aliena prouĩcia ſe recepere.Cæterꝝ põpeius
cũ priuatim q̃multa ad hoc bellum expoſuiſſet:pecunias a Senatu poſtulat:addẽs ni mittant:ſecum copiis
in Italiam reuerſurum.Lucullus tum conſulatum gerebat:qui uir licet a pompeio diſſentiret:quoniam ĩ
mithridaticum mitti bellum affectabat:in mittendis ſtipẽdiis ſtudet:timẽs ne pompeio redeũdi materia
eẽt qui dimiſſo Sertorio etiam quærebat mithridatem in uadere regem gloria ſplẽdidum : hoſtemq;(ut
uidebatur)perfacile tractandũ.Inter hæc Sertorius moritur a domeſticis dolo cæſus:ĩter quos perpennas
excellentior eſt habitus in illum & alias id perficere conatuſ:ſed eiſdẽ quibusperpennas ĩnixus uiribus eiſ
demq; apparatu ac partibus ſtudẽs:quo id fieri commode poſſet nõ habuit:Pompeius igitur extẽplo exer
citum eduxit cognitoq; ꝙ perpẽnas rebus excellentiſſime tumeret:decem cohortes in æſcam hoſtiũ iuſſit
paulatĩ ꝑ agros in aſpectu perpennæ euagari.Ex quo cũ perpennas reꝝ inſcius illas paſſim inſequeretur:

Pompeius ſtricta acie irruens:cõmiſſa pugna oĩum uictor fuit.Plæriq; hic primoꝝ tunc abſũmpti:Perpẽ
nam ad ſeſe ductũ Põpeius occidit:non ĩgratus aut eoꝝ ĩmemor:q̃ in Sicilia optigerát: quéadmodũ a nõ/
nullis criminatus eſt.In huius captura maxima arte in oĩum ſalute Põpeius eſt uſus.Perpénas.n.cum ĩ po
teſtatem litteras oẽs cæteraq; Sertorii monuméta habuiſſet epiſtolas quorũdá clariſſimoꝝ ciuium roma
noꝝ ꝓpalauit:q ad res urbis ĩnouandas cláculum ſtudétes in italiá Sertoriũ uocabãt.põpeius ergo timens
ne ex his maiora ſuſcitarent bella q̃ quæ iá reſtixerat:perpénam trucidauit:& epiſtolas oẽs minime inſpe/
ctas ĩcédio tradidit.His pactis põpeius cũ apud Iberos diuertiſſet quouſq; tumultus oppreſſiſſet ĩnatos ĩ/
cédiaq; reꝝ exſtinxiſſet:in italiam ducit exercitũ:ꝑopportune utiq; delatus cũ bellũ ſeruile iam tum maio
ribus uiribus fluctuaret.Vnde Craſſus q dux id gerebat bellũ:manus cõferre accelerauit:lætoq; euẽtu po/
titus eſt:hoſtium duodecim milibus atq; trecẽtis gladio cæſis.His tamẽ ꝑclaris geſtis fortuna q̃ põpeium
ſibi adoptauerat:põpeium abeſſe noluit:cũ hoſtiũ qnq; milia q a pugna euaſerant illi mittẽdos reſeruauit:
qbus aſſumptis pompeius ad ſenatũ ſcripſit:Craſſum in acie gladiatores fudiſſe:ſe uero bellũ ab imis extir
paſſe.Norat.n.Romæ ingẽti aſſenſu hæc audiri celebrariq;.Hiſpaniá atq; Sertoriũ nemo uel iocádo alius
ꝑter põpeiũ uiciſſe dicebát:eiuſq; oẽ id fuiſſe opus aſſerebat.In hac tamẽ tam excelſa uiri & gloria & expe/
ctatione ſuſpitio metuſq; fuit ne exercitũ dimiſſurus eẽt:ſed plane ꝑ exẽpla Syllæ dominationẽ armis oc/
cupaturus:quare pauciores ob metũ:q̃ ob beniuolentiam obuiam ſibi ſalutatũ prodibant. Sed poſtq̃ eam
ſuſpicionẽ ab animis illoꝝ exuit:ſe aiendo poſt triumphũ uelle exercitũ ponere:unũ obtrectatoribus tátũ/
modo liquit ſeſe magis plæbi q̃ ſenatui patribuſq; dedere ſylla nempe cũ dignitatem ſenatus oppreſſiſſet
ſtatuit pompeius obſequiis ſuis gratiá plurimũ uenari.Quod utiq; clare cõpertũ erat: Nõ eni inſanius qc/
q̃ animi plæbis exoptare uiſi:q̃ dominationẽ illá iteꝝ aſpicere.Vnde hoc ciuilis adminiſtratõis tẽpus longe
fortunatũ põpeio fuit qui nullo munere alio beniuolẽtiá plæbis recuperaturus erat:ſi eá alius quis ei præ
ripuiſſet.Decreto autẽ ſecundo triumpho ac conſulatu:nõ ob hoc magnitudine præſtans uiſus eſt : ſed il/
lud eximii ſplendoris ĩſigne habitũ eſt:ꝙ Craſſus tum uir omnium ditiſſimus maximuſq;: qui põpeium
ipſum cæteroſq; omnes faſtu exuperabat:conſulatum petere nõ ante eſt auſus:q̃ petendi ueniá a pompeio
efflagitaſſet.Qua in re põpeius ſumme lætatus ceſſit:materia ante diu per quiſita:q̃ benigne cũ illo ageret
Dexterá ergo Craſſo cũ auide iunxiſſet:plæbis ſuffragia illi orauit manifeſte nuncians ſe non minus gra/
tum habiturũ ſe Craſſi collegam creari:q̃ magiſtratũ aſſequi.Cũ ambo tamẽ conſulatũ iniſſent: contẽtio/
nes graues inter ipſos diſſentioneſq; uariæ emerſere.Apud partes potẽtior erat Craſſus:ſed apud plæbem
pompeius.Tribunatũ náq; plæbi reſtituit:iudiciaq; quæ ad equeſtres iteꝝ tranſlata fuerát. Dulciſſimum
etiam plæbi ſpectaculũ ipſe fuit:cũ bene actæ militiæ iudicium ſubiſſet. Mos náq; Romæ apud equeſtres
eſt:cũ per legitimũ tẽpus a quoq̃ militatũ ſit:equũ per mediũ forum duci corá uiris duobus publice præſi
dentibus:quos Cenſoris nuncupant:illiſq; quẽlibet ducũ ac imperatoꝝ: ſub quibus militatũ ſit recenſeri
Deinde Cenſorũ iudicio ſubiici:qui iuxta cuiuſq; meritũ uel laudẽ uel ĩfamiá tribuunt. Huic ꝑfecti curæ
tum erant cenſores Gellius & Lentulus uiri dignitate ornatuq; inſignes:inſidebantq; curuli:Ad hos cum
eqtes quidá ſubituri iudiciũ ritu prodiſſent:cognitũ eſt põpeium deſcendere:qui alia ſui magiſtratus inſi/
gnia ſecũ afferens equũ tamẽ manu perducebat:Vt uero appropinquans notior eſt ſatus:iuſſit lictores ce/
dere:equũq; iuxta curulẽ ſiſtit.Erat tum ingẽs populo admiratio ac ſilentiũ.Cenſores adtantæ rei conſpe/
ctum & læticia opprimit.Deinde eorum alter qui ſenior erat ĩcipit:Interrogo te pompei magne militias
omnes iuxta diſciplinã abſoluiſti?Tum pompeius permagna uoce omnes inquit iuxta diſciplinã milita/
rem abſolui:omneſq; ſub me ipſo imperatore.Quod cum audiſſet circũfuſa plæbs acclamauit.Nõ enim
ob ingentem læticiá iá tũ uoces teneri poterant.Vnde ſurrexere Cenſores domũq; illũ proſecuti ſunt plau
denti plæbi aſſequentiq; congratulantes.Iamiam cum conſulatus prope inſtaret finis & cũ Craſſo diſcor/
diæ in diem actæ fuiſſent.S.Aurelius uir ex ordine equeſtri natus:cui per ocium uita fuerat: frequenti in
concione pro roſtris inquit per quietẽ Iouẽ ſibi allocutũ:iuſſiſſeq; uti cõſulibus referret ne antea magiſtra/
tu ſe abdicarent:q̃ in mutuá beniuolentiá rediſſent.Quibus expoſitis ſtans põpeius ſilentiũ duxit Craſſus
porrecta põpeio dextera colloquiũ hoc cœpit:Nihil o ciues nihil mihi puto turpe nihilq; me ĩdignũ exiſti
mo:ſi priorẽ me põpeio ingero:quẽ uixdum pubeſcentẽ uos magnum appellauiſtis: cuiue nondũ ĩ ſenatũ
admiſſo binos decreuiſtis triumphos.Ex hoc in amicitiam redintegrati:magiſtratu ſe abdicauere Craſſus
quem uiuendi morem hactenus tenuerat:illũ plane ſeruauit.Pompeius defenſionum cauſas:quibus per/
multis uexebatur reppulit:forumq; paulatim deſeruit:& in curiá perraro proficiſcebatur.Cum multis ue
ro ſuper priuatim erat:iamiá enim non facile erat:abſq; magno eius comitatu ſibi obliuiá fieri ipmq; con/
ſpicere.Suauiſſimus multis & in ampla corona ſemper dulciſſimus inſpectus eſt uenuſtatem uultu grau/
tatemq; præferens.Cũ multis autẽ conuenire publicis in locis & conſuetudine publica frui:haud oportere
exiſtimabat ac dignitatem illæſam ample tutandam.Vita namq; togati ciuis gloria armoꝝ efflorentis ad
ignobilitatẽ atq; cõtẽptum lubrica ẽ:præterea populari æqualitati iniqor.Hi eni quẽadmodũ ĩ exercitibus
ita & in foro ſe primos eſſe dignũ exiſtimari iudicát:ſed uulgus id quoq; minus.Igitur intolerabile eis fit:
nihil eos apud turbam præualere.In foro enim cum uirum bellis præclarum triumphiſq; ornatum ſuſci
piunt:conſuetudine ac familiaritate manſuetum ipſum efficiunt:eumq; deiiciũt . Hominum uero qui ab
hac uulgi frequẽtia ſe abſtineat:partæ gloriæ decus potentiaq; abſq; inuidia cõſeruatur. Hoc res ipſa poſt
paruũ tẽpus plane aduerſus pompeium oſtẽdit piratarum náq; uis id edocuit.Hæc e Cilicia primũ erupit
initium paruum & ferme ĩcognitum nacta faſtum uero & audaciá bello mithridatico ſumpſit:regiis fræ/
ta remigiis.Romani deĩde exules ob ĩteſtinũ bellũ:cum uſq; portas ipſius uerbis irruerẽt:paulatĩ illi allecti

productiq; ſunt.Deſerto mari pſidiis:hi iamiam nõ ſolũ nautas ĩuadere auſi:ſed ĩſulas urbeſq; littoraque
ampla infeſti.Vnde iam hoĩes diuitiis clari & genere ſplẽdidi ac dignitate ĩprimis habiti ad hæc latrocinii
cõ mertia ĩgreſſi:ſe ſocios addidere:ceu gloriã quãdam decuſq; hoc facinus pareret.Erãt iam in locis pluri
bus ipſoꝝ pirataꝝ ſtationes:naualia maritima ẽt pſidia muinta.Ad hos iã totæ cõfluebant claſſes:nõ tan-
tum ex ſtrenuoꝝ uiroꝝ copiis:nõ ex gubernatoꝝ artibus nõ ex ipſaꝝ leuitate atq; celeritate nauium: ud
exercitatione timẽdæ:ſed quod terrorem exuperabat oẽm ĩcredibili luxu faſtuq; ĩtolerabili execrãdæ.His
enim aurati erãt rudẽtes:uela purpurea remi ſubargẽtei: ueluti neqtiam hanc delitiis oĩbus obtegerẽt:faci
nuſq; ſuum egregia ambitione exornarẽt.Buccinæ cantus ebrietates p oĩa paſſim littora audiri ĩgenuoꝝ
corpoꝝ principũq; rapinæ & captiuaꝝ urbium redẽptiones undiq; aſpici:quæ oĩa in cõtumeliã dedecuſq;
ĩmperii Romani eẽ.Ad hoc tam nefandum latrociniũ naues ultra mille haberi:captæ ciuitates ab ipſis q-
dringentæ teneri.Tẽpla hactenus inuiolata:Aſyla adytaq; uaſtare.Clariũ Didimeiũ Samothraciũ in her-
mione phanum Telluris:in Epidauro Eſculapii:& in Iſthmo & Tenaro atq; Calabrya Neptuni:ĩ actio &
leucade Apollinis:in ſamo Argiſq; ac Leucania Iunonis.Ipſi noua q̃dam ſacra apud Olympiũ agere Myſte
ria cũ arcano quodã ritu inire.Hoꝝ quæ apud Mithrũ adhuc ſeruanť:hinc initiũ accepiſſe memorãt cõtu
melias Romanis & aliis plures cõtulere.E pelago.n.egreſſi uias eaꝝ q̃ſdam ĩfeſtauere pda.Nõnullas uillas
ipſi urbi uicinas uaſtauere.Prætores duos Sextiliũ & Belinũ in ipſis ptextis cũ miniſtris lictoribuſq; ac cæ-
teris eius magiſtratus ĩſignibus captiuos adduxerũt.Filiã etiam Antonii triumphalis uiri in agrũ euntem
rapuere:quãmulto cenſu poſtea redẽptam reddidere.Hoc autem maxime contumelioſum habitum eſt.
Aliquãdo enim e captiuis quis cũ ſe Romanũ eſſe diceret nomẽq; proferret terrore metuq; ingẽti ſimula-
to:femur percuſſi:coram captiuo procidere ueniamq; perhumiliter petiere.Perſuadebatur tum captus:&
ſupplices illos orranteſq; aſpiciens lætabatur:inter hæc alii calceos alii togã ipſum induere:ne forte iterum
incognitus fieret.Cũq; per nõ modicũ ſpaciũ uiro per ludibrium ſic fræti fuiſſent:ad mediũ tandem pela-
gus ſcalas extendebant:iubebantq; illum has lætantẽ aſcendere:abireq; uolentẽ ĩpulſu ipſi ſuo obruebant.
Occuparat potẽtia hæc paſſim omne interius mare.Vnde nemini commertia libera:ſed omnia inuia om
nia clauſa erant.Maiorem tum in modum anguſtiæ uictus ad animaduerſionem tãtæ rei Romanorum
impulit:ipſaq; Annonæ caritas:ac expectatio ĩ diẽ peior animos mouit ad pompeium mittẽdũ: qui Pira-
tis mare expurgaret.Sabinus igitur uir Põpeio beniuolus rogationẽ tulit:qua nõ naualis princeps creatus
eſt:ſed imperator poteſtate ampliſſima in homines uniuerſos omni prouocatione:libera iuxta enim legẽ
maria omnia uſq; gaditanum fretum in prouinciam illi ceſſere:præterea quicquid continentis:quod a lit
toribus quingentis abeſſet ſtadiis:quod ſpacium perpauca Romani imperii loca exuperabant. Vnde ma-
ximi populi:maximæ nationes potentiſſimi reges ſub eius imperio includebanť.Ad hæc uiros qndecim
ſenatorios poteſtas eligendi data:quos quocũque oporteret:fas fieret legatos deſtinare Deinc e cenſum ex
ærario uectigalibuſq; in poteſtatẽ habere:ducente hic naues quas delectu militũ remigibuſq; cõmuniret.
Hæc recitata cũ fuiſſent:auidiſſime a plæbe ſuſcepta ſunt:maximis uero patrũ optimiſq; hoc omni inui-
dia maius uiſum eſt metuq; dignum:ĩmenſam poteſtatẽ licentiãq; tribuere.Vnde pter Cæſarem rogatio
ni obſtitere:is enim legi ſuffragia tulit:parum ob põpeii gratiam:ſed plæbi ab initio ipſo obſequi cupiens
illamq; ſibi cõciliare.Alii Pompeium probris lacerare.Vnde alter conſulum dicere:Pompeium per exem
pla Romuli gradientem.Eundẽ finem non euitaturum:quæ cũ plæbi nota forẽt:ferme conſul diſcerptus
eſt.Catulo autẽ rogationi aduerſante primo ob pudorẽ a plæbe ſilentiũ factum eſt:Sed poſtq̃ is permulta
benigne & abſq; inuidia in Põpeium oraſſet:dixiſſetq; ſententiam:uti uiro parcẽdum:neq; eum tot peri-
culis totq; bellis obiiciendum:aderetq; præterea ſi pompeium admitterent : in quo alio ſpes reponerent:
unanimiter indignari ſunt omneſq; una uocẽ in ſeipſo murmurauere.Catulus deĩde plebe haud perſua-
ſa conticuit.inde Roſcius cũ orare cœpiſſet:a nullo auditus eſt.Digitis uero is oſtendit Pompeiũ non pri-
mum ſed ſecundum ducem creandum eſſe.Ex quo ferunt plæbem indignatione motam ita acclamauiſ-
ſe:ut ſuperuolans coruus oculis captus in medio foro ceciderit.Vnde manifeſte noſciter ex aeris ſciſſione:
ex qua forte uacuum fit:uolatilia haud labi:ſed potius ab ictu uocis percuſſa:cum uehementior pulſu ue-
loci in aerem perfertur.Ex his tamen ſoluta frequentia eſt:Qua deinde die cum pro lege promulgãda ite-
rum conueniſſent:pompeius in agrum profectus eſt:Cum uero legem intellexiſſet promulgatam noctu
in urbem rediit:inuidiam ex incredibili multitudine:quæ ſibi obuiam fieret uitans.Vt autem illuxit dies
in medium profectus ſacra ægit:in concionem deinde productus:operam dedit ut alia legi adderentur ap
paratu propemodum duplici.Quingentæ etenim naues ei completæ:peditum centum & uigĩti milia eq
tum milia quinq;:E ſenatu præfectos legatoſque quattuor & uiginti ipſe delegit.Quæſtores duo traditi.
Ob hæc uenalia quæ in præcium æquius iam tum redacta fuerant: Læte plæbi ſermonem præbuere:q
ſolo pompeii nomine bellũ diſſolutum eſſet.Nihilominus maria partitus Pompeius omne interius pela-
gus in tribus &decem regionibus diuidit:& parti cuiq; naues ducemq; dedit:Vnde copiis circunlocatis pi
ratas inſecutus extemplo uenatoris exemplo aggregatos ambiuit.Sed illi diſiungi accelerantes: ueluti apũ
examen ab omni parte Ciliciam repetunt:aduerſus quos pompeius ipſe ſexaginta nauibus lectis inſtru-
ctis fertur.Non tamen ĩ ipſos antea nauigauit quam omnino cætera ipſorum latrocinia deleuiſſet: mare-
q; Tyrrhenum lybicum ſardoum cirneum ſiculumq; luſtrauiſſet.Quæ omnia diebus quadraginta cõfe-
cit.ſeſe labori indefeſſo ſubiiciens:præfectiſq; utens diligentiſſimis . Interea in urbe conſul Piſo iracundia
atq; inuidia permotus apparatum naualem ſoluit militeſque ſtipendiis liberat.Vnde Pompeius claſſe ad
Brunduſium miſſa per Hetruriam Romam accedit.Eius ĩ aduẽtu omnes undiq; a mœnibus urbis effu-

iſ ſunt ueluti nō paucis ante diebus eum fuiſſent ꝓſecuti. Culmē uero lætitiæ ipſis fuit tantæ uictoriæ in/
ſperata celeritas: oīumq; cōmeatuū copia. Ex Pompei ꝓfectu ferme Piſo conſulatu ſe abdicare coactus eſt:
Sabino iamiā rogationē ſcriptam afferēte. Sed hoc uetuit Pōpeius: q cū ēt alia qdam benigne clæmēterq;
ægiſſet: ut opus fuerat: Brunduſium delatus hinc nauigat. Inde tēpori rebuſq; ſolicitus: cū ciuitates cæte/
ras ꝑtermitteret: Athenas tamē iſalutatas nō dimiſit. Vrbē.n.ipſam īgreſſus: rite rem ſarcā ægit: & popu/
lo ꝓ cōcione habito extēplo abiit: ꝑnotatis duobus uerſibus ſibiipſi in foribus urbis inſcriptis. Hoꝝ alter q
in aſpectu iterioris urbis erat: latine trāſlatus hic fuit: Quātum ultro uiros cernis tantū deus ipſe es. Alius
qui ab exteriori parte ualuæ figebať: ſub is erat uerbis te miramur & te uidemus comitamur colimus cæ/
terum cū piratas quoſdā adhuc ꝑ mari uagātes ꝑcibus uictus clæmenter habuiſſet: eorūq; nauibus corpo
ribuſq; deditis: nil eos offendiſſet: reliqui ſpe ducti alios euitauere duces Pōpeioq; petito cū liberis cōiugi/
buſq; ſe illius poteſtati mādauere. His omnibus īpunitas data: perq; hos maxime uiros ueſtigia reliquoꝝ
hoſtium latebreq; ꝑſcrutatæ: ueluti q ſeipſos certe cognoſcerent. Plurimi tamē hoꝝ & hi potētiſſimi pro/
les ſuas ſubſtātiaſq;: ꝑterea turbā bello iualidam in ꝑſidiis caſtelliſq; munitiſſimiſ apud tauꝝ montē cōdi/
derunt: ipſiſq; munitis nauibus apud Coraceſium Ciliciæ aduenietem Pōpeium excepere: cū quo inita pu
gna ꝓfligati obſeſſi ſunt. Tadem ſumma ope ſalute petita ſeſe ac urbes inſulaſq;: q̄s ꝑſidiis artibuſq; firmiſ
ſimas ꝑterea ecceſſu difficillimas tenebāt dedidere. Confectum itaq; hoc bellū eſt: hoꝝ latrociniis undiq;
abſumptis haud longiori trium menſium ſpatio. Naues cæteras q̄m multas: roſtratas uero nonaginta cæpit
Viros qui plures uiginti milibus erant ꝑdere nō ſenſuit: mittere uero ſparſos q egeni & bellicoſi ſe iterum
iungerēt: armarētq; haud utile exiſtimauit. Ratus igiť hoīem natura animal nō idomitū nec oīno inſatia
bile: ſed qui ꝑter īgenium malitia uterer: quiue ex locorum & uictus mutatiōe māſueſceret: queadmodū
feræ quæ ex cōſuetudine uitæ mitiores aſperitatem ac ferociā ponunt uiros ſtatuit e pelago a terreſtrē ui
ctum traducere: illoſq; ad agroꝝ cultum habitationemque urbium: quæ dulcioris uitæ ſunt: aſſueſacere
Quoſdā ergo ipſoꝝ paruæ & ſubdeſertæ qdam ciuitates Ciliciæ ſuſcepere: ipſiſque regionis ſuæ loca pro/
miſcue partita ſunt Solioꝝ urbē ꝓpemodū a Tigrane armenioꝝ rege ciuibus uaſtatā Pōpeius aſſumēs il/
lorum multos in ea locauit. Multis ēt Dimē ciuitatē Achæoꝝ tum cultoribus uiduā & agri ubertate fœ/
cundā Coloniā dedit. Hæc nōnulli obtrectatores tamē iprobauere & geſta quæ Metellus in Creta ægerat
licet ēt Metellum ipſum minus amarēt: laudibus efferebant. Is enim Metellus illius neceſſarius: qui æquo
imperio cum Pōpeio in Iberos pugnauerat: a ſenatu fuerat prius in Cretā miſſus q̄ aduerſus piratas Pom/
peius deſignareť. Hæc enim inſula poſt Cilices: fons ſecundus piratarum erat: multoſque in ea prædones
a ſe cōprehēſos Metellus perdiderat: multique ēt cū in ea adhuc erant ſuperſtites: qui obſeſſi & in deditio/
nem Pompeii uenire flagitantes: ſupplices ad inſulam pompeium aduocabant: ueluti ea ꝓuinciæ ſuæ pars
foret & undique ſub maritimo eius imperio decerneretur. His igitur in Curiam ſuſceptis. Pompeius Me
tello ſcribit uti ab eoꝝ īpugnatione ſeſe abſtineret. Ciuitatibus ēt inſulæ mādat: ne Metello pareant: lega/
tum præterea e ꝑfectis ſuis. L. Octauium eo mittit. Quo cretā appulſo mœnia obſeſſoꝝ piratarum cū ꝑſi/
diis ingreſſus: cum ipſis aduerſus Metellum pugnat: ſeque nō ſolū graue atque moloſtū hoſtē Metello ꝑ/
buit: ſed Pōpeiū uiꝝ ridiculū oſtēdit: q cum ſceleſtis & nefandis uiris nomē ſuum īmacularet & gloriā ue
luti ueneno quodā ificeret ex ambitione & īmoderata in Metellum īuidia. Non.n.aiebant Achillem uiri
opus agere: ſed inſani cuiuſdam adoleſcētis & oīno ad gloriā attoniti: cū cæteros prohiberet ferire Hecto/
rem: ne ablata cædis hectoreæ gloria ipſe poſterior fieret. Pompeiū uero dicebant cōmunium hoſtiū ſalu/
tem eſſe ut triumphū Metello auferet īperatori claro & cui ī ea ipſa cura labores permulti obuenerāt. Nō
tamen ceſſit Metellus ſed obſeſſos ad deditionē cōpulit: deque eis ſupplicium ſumpſit. Octauium uero in
Caſtris per contumeliam & ignominiam habitum poſtea dimiſit Hoc confecto bello & Pompeio ad ur/
bem Romam reducto: cum deinde per ocium uicinas ambiret ciuitates: Mallius tribunus plæbis rogatio
nem tulit uti quotquot loca in prouinciam Lucullus obtinebat: ea omnia pompeio obuenirent cum om/
nibus illius copiis præterea Bithynia: cui tū Gabrio præerat accepta aduerſus Mithridatē regē atq; Tigra/
nem dux belligerūdi pompeius declararetur: additis etiā ſibi maritimis uiribus naualiq; apparatu quem/
admodū ꝓximo piratico bello ſortitus fuerat. Quod nihil erat aliud q̄ uniuerſum Romanū īperium ſub
unius poteſtate fieri: prouīcias enim quæ ſibi ex priori lege minime obuenerāt: phrygiā Lycaoniā Salatiā
Cappadociā Ciliciā Colchidē ſuperiorē ac Armeniā ex noua legis rogatione obtinebat. Quibus addeban/
tur exercitus & copiæ oēs: quibus Lucullus Mithridatē atq; Tigranē ferme debellauerat. Hac in rogatione
cum Lucullus rerum a ſe geſtaꝝ gloria priuari uideretur & magis ſucceſſorē triūphi q̄ belli cēſeretur habi
turus: nulla promulgandæ legis apud optimos ratio acceptabatur. Iniuſta.n.& iniqua eū uiꝝ perpeſſurū
norat præterea potentiā pompei grauiter ferebant: ueluti in manifeſtā euaſurā tyrannnidē. Conſtituerunt
igitur inter ſeſe priuatim promulgationi obſiſtere neq; ferre libertatem publicam ꝓdi: Veꝝ cū rogationi
dies affuiſſet: alii plæbis metu animis fracti ſilentiū ægere: Sed Catulus multa in legem inuehens legemq;
diſſuadens nō uno crimine. ſæpius pro roſtris acclamauit: iubendo & hortando patres uti maiorum exē/
plo montem repoſcerent ob libertatem publicam uindicandam: promulgata tamen omnibus (ut fertur)
centuriis lex eſt: & omnia ferme quæcunq; armis belloq; hactenus Syllæ delata fuerant: ſub poteſtatē Pō/
pei congeſta ſunt. Hic tum ab urbe abſens: cum decreta hæc ex litteris ſenatus accæpiſſet: circumgratulā/
tibus amicis ſupercilium contraxiſſe fertur crureque a ſe percuſſo: uelut qui dominari grauiter ferret: pri
cipatumque abhorreret: Heu infinita inquit certamina. Quam ſatius fuerat ignobilem naſci: Si a militari
cura nunquam deſinendum eſt: ſique hac exutus inuidia in agro degere cum uxore fas non ſit. Quo in ſer

mone eius ꝓximi ironiam nō admiſcere:ſed cum noſcerēt dominādi cupiditatē natura illi īſitam fomitē
eſſe cōtentionis aduerſus Lucullum exortæ:ſumme letabant:illum ſimulare dolore exiſtimātes. Et q̄ppe
res ipſa ipſius aīos extēplo detexit. Quocūq;.n.litteris cōfeſtim miſſis milites ad ſe uocare curauit. Princi-
peſque ac reges omni ſtudio ſibi allexit. Regionē hoſtilē ambiēs:nihil ex Luculli actis īmotū liquit. Mul-
ctas plæriſque remiſit:aliis p̃mia abſtulit:& oīno ſingula agebat q̄ palam Lucullū nullius fuiſſe actoritatis
oſtēderent. Quæ cū q̄reret Lucullus cū utriuſque beniuolis uiſum ſalubre eſt:ut ambo cōuenirent. Vnde
iuxta Galaciā cōuentū eſt. Sed o īperatores maximos:qui maxima p̃clare geſſerūt. Lictores laureas & ere-
ctos faſces utrique ferētes:alteri alteris occurrerūt. Lucullus ex amœnis & umbroſis acceſſerat locis:Pom-
peius ꝑ aridā & arboribus ſterilē tellurē forte erat ꝓfectus. Lictores ergo Luculli:cū uidiſſent Pōpeanorū
frondes pallere fermeq; eē aridas:e uirētibus ſuis recētibuſq; Luculli faſces exornauere:circūq; illos frōdi-
bus īpleuere. Quæ ꝑmutatio portēdere uiſa eſt:Pōpeium ꝓficiſci p̃mia atq; uictoriā Luculli ſibi acq̄ſituꝝ.
Erat q̄dem Lucullus in ordine cōſulatus Pōpeio prior ac ætate ſenior:Sed Pompeii dignitas clarior: duo-
bus īſignis triūphis. In prima tamē ſalutatione(ſicut decuit)amice comiterq; mutuo locuti ſunt:alter alte-
rius lætari geſtis:eaq; extollere. & ſtrenuitati cōgratulari. Veꝝ īter lōgiorē orationē ambo ī nihil modeſtū
nihil ſalubre irruere. Hic Lucullū auariciæ īcuſat:Lucullus Pōpeiū ambitiōis:ſicq; in apta ita ꝑditū eſt iur-
gia:ut uix ab amicis diſiūcti fuerint. Lucullus galatiā ueluti ꝓuinciā a ſeſe captā adminiſtrauit:munera ho-
noreſq; q̄bus uoluit partitus. Pompeius haud lōga diſtātia metatus caſtra:ꝓuinciā patere illi uetabat: mili-
teſq; p̃terea oēs p̃ter mille ac ſexcentos illi abduxit. Hos ob animoꝝ ꝑtinaciā ſibi inutiles & Lucullo diffi-
ciliores fore exiſtimauit. Luculli p̃terea facta detrahēs:illum dicebat tragicū & umbratile quoddā bellum
cum regibus geſſiſſe:ſibi uero certā atq; ſobriam hoſtium uim ad expugnationē reſeruatā eſſe:cū Mithri-
dates ad clypeios ad enſes & ad equos confugiſſet. Ad quæ Lucullus ſimulachra & umbras belli pompeiū
acceſſiſſe expugnatuꝝ aiebat:ſuetum ueluti uolucrem alieno cadaueri celerē aduentare:reliquiiſq; belloꝝ
inſurgere. Sic.n. Sertorio & Bruto & ſpartanis inſurrexiſſe eum dicebat:Cū illa Craſſus:alia Metellus:alia
Lepidus bella ſtrenue geſſiſſet. Vnde ſe nō admirari inquiebat:ſi hō ille gloriam armeniorum & pōticoꝝ
certaminū extenuaret:quod ſeipſum fugato q̄dem hoſti triumphū ingeſſerat. Poſthæc Lucullus inde tra-
iecit. Pōpeius uero poſtq̄ tota claſſe oē pelagus quod īter phœniciā & Boſphoꝝ pandit:præſidiis firmaſſet
aduerſus Mithridatem contēdit:q cū trigīta milibus peditū duobuſq; equitū milibus munitus erat:ſed q
pugnā conferere haud audebat. Eius aduentu Mithridates editū atq; inexpugnabilē quendā collē in quo
cū copiis forte inſederat:ex aquaꝝ anguſtiis liquit. Hunc Pōpeius mox occupat cōiectāſq; ex fruticibus na-
tura ibi pullulantibus præterea ex recētibus ſpiſſiſq; foſſis locum ſubterraneis manare fontibus: iuſſit un-
diq; eū fodi. Ex quo confeſtim exercitui aquādi copia data:admiratuſq; pompeius eſt omni in tēpore hoc
Mithridatē latere potuiſſe:deinde hoſtem circūueniens muro cinxit. Sed ille poſtq̄ quīq; & quadraginta
diebus clauſus fuiſſet:clanculū cū robore effugit imbellibus ægriſq; ante cæſis. Hunc inſecutus pōpeius:
eum ad Euphratē adeptus eſt:caſtraq; illi uicinora poſuit. Deīde extimeſcens ne præueniret ille: Euphra-
temq; tranſiret:mediā per noctem copias aduerſus hoſtem producit:quo ſcilicet tempore fuerūt Mithri-
datem per quietē īminens iāiam fatum manifeſte p̃cognouiſſe. Videbatur enim ſecundo uento pōticum
nauigare pelagus:& iam inſpecto Boſphoro congratulari nauigantibus:ueluti ex certa atq; ꝑoptata com-
muni ſalute alacrior. Deinde extemplo omniū uacuus parua quadā ſcapha uehi uiſus:q dum talia in ſom-
nio agitaret a proximis cum tumultu experge factus eſt pompeiū īminere ferentibus:Neceſſitate ergo īni-
re pugnā pro ipſis uiſum eſt caſtris. Quare cum produxiſſent copias duces acies ſtruxere. Sed pompeius
hoſtium apparatu cognito dubitauit ob nocturnas tenebras ſe periculo obiicere. Quāobrem cenſuit ſalu-
brius fore:hoſtē circunambire:ut fugā interluderet. Deinde prima luce oībus copiis eos adoriri ſpei certus
(quoniam exercitu præualebat)ſe illos expugnaturū:Dum hæc mēte agitat:Seniores caſtrorum tribuni
militum moram pugnandi improbant:pompeiumq; exorant uti pugnæ ſignum canat non enim omni-
no nox tenebroſa erat:ſed luna in occaſum uergens adhuc tenuem licet corporum umbram porrigebat:
quod quippe regis milites magis magiſque eluſit Dum enim eos miles Romanus īuadit:habens a tergo
lunā iam ſubeuntem occiduum:corporum umbræ q̄longiſſime in aduerſos protendebantur hoſtes. Vn-
de illi diſtantiā Romani irruentis haud clare intueri poterant:ſed in umbras pro corporibus miſſilia iactā-
tes:fruſtra utebantur uiribus:quod cū Romanus intellexiſſet: ingenti clamore in ipſos concitatius irruit:
eoſq; nihil manere auſos:ſed terga præbentes ita paſſim cecidit:ut longe ultra decem milia hoſtium truci-
data fuerint caſtra præterea capta. Ipſe Mithridates ab initio ipſo prælii cū octingentis equitibus in confer-
tiſſimos ſeſe hoſtes intulit:eoſq; euaſit:A quo diſiunctis cæteris palatiſq;:ipſe cū ſolis tribus relictus eſt:in-
ter quos erat Hypſicratia eius pellex:fœmina quidē ſemper uirilis.audaxq;:ob quod Hypſicratē Rex eam
appellabat. Hæc tū uiri perſici habitū habens equūq; neq; ex longo curſu copore fatigabatur:neque ad re-
gii corporis curam regiſq; equi ſenior quouſque ad caſtellū Inoram in quo regis gaza concedebat:peruen-
tū eſt. Hinc Mithridates ueſtes haud ignobiles ſumens eas partitus his eſt:qui ex fuga ad eū concurrerent
Proximo præterea cuiq; mortiferum ferre uenenū dedit:ut nemo niſi uoluntarius in poteſtatē hoſtiū ue-
niret. Deinde ad Tigranē regem in Armeniā mouit. Sed ille cū a Mithridate deſciuiſſet:& talenta centum
preciū ipſius cædis ſtatuiſſet. Mithridates fontes Euphratis exuperans.fugā per Colchidē agit:pompeius
tum Armeniam petit:a Tigrane iuniore accerſitus. Hic enim iā a patre defecerat:iuxtaq; Araxem fluuium
obuiam pompeio eſt factus Id nāq; flumen ex eiſdē quibus Euphrates oritur locis ſed ad ortū ſolis uerſus
in mare Caſpiū effunditur. Hi ergo una progredientes:& caſtella urbeſq; paſſim captabant. Rex uero Ti-

granes a Lucullo ferme in extrema deductus:audita Põpei clæmentia moribuſque urbanitate egregia re/
fertis in aulá arcẽque regiá neceſſarios & quoſque ꝓximos locat.Ipſeque ut Põpeio ſe dedat adit. Vt Pom
peius caſtris regẽ iãiam adeſſe nũciatum eſt.Lictores duo Põpeiani egreſſi:ipſum ab equo deſcendere pe/
deſtrẽque ꝓficiſci iubent.Neminẽ nãque aiebãt in Romanis caſtris equo ĩſidentẽ tpe aliquo inſpectũ.His
facile paruit Tigranes:ꝑterea enſem quẽ tum enudauerat.illis tradidit. Tãdẽ cũ ante ora Põpeii acceſſiſſet
e capite corona ſumpta:eá iuxta illius pedes ꝓpere ponit:deinde qđ turpiſſimũ fuit.Se ad genua Pompeii
declinabat:ni ꝑueniſſet Põpeius:q eum dextra porrecta erexit:iuſſitq; apud ſeſe æqua eũ ſella ĩſidere. Filio
deinde in parte altera locato:ĩpe medius cæteꝝ ĩquit Lucullũ incuſare liceat:ab illo nãque Syria Phœnicia
Cilicia Galatia Sophene nobis ablatæ ſunt q̃ ab eo ipſo nobis cõſeruaſſe fas fuit:ea integra habetote: mul/
cta ſex miliũ talentoꝝ ob uiolatum fœdus Romæ ſoluit Sophene ꝑterea filiũ regnare iubeo.His Tigranes
grate acquieſcẽs clæmẽtiam approbat:Inde Romanis regẽ eũ ſalutãtibus lætior factus:ſe dono datuꝝ pol
licitus eſt militi argẽtei nũmi dimidiũ:cẽturioni argenteos denos: tribuno militari talentum.Quæ filius
cũ ægre pferret:ad cœnã uocatus: nõ ĩquit ſibi opus eſſe Põpeio:q tam magna ĩpenſa hæc exiſtimaret:ro/
manoꝝ aliũ ſe facile ĩuenire poſſe ait.Quibus dictis extẽplo uictus eſt:& ad triũphum decretus.Paruo de/
inde tpe poſt Phrahartes parthicus ad põpeiũ miſit adoleſcẽtẽ repetẽs:ut ſibi geneꝝ addẽs ſe dignũ exiſti/
mare Romanos ĩperii ipſoꝝ finẽ in Euphrate ponere. Ad quæ Põpeius reſpõdiſſe fert:Tigranẽ patri ma/
gis curæ fore q̃ ſocero:finẽ aũt Romani ĩperii ſeſe æquũ ĩpoſituꝝ.Præſidẽ hinc Armeniæ cũ ſtatuiſſet Af/
franiũ:ꝑ culta Caucaſi mõtis loca Mithridatẽ ꝓſequit.Maxime in his finibus gentes Albani & Iberi ſunt:
ſed Iberi montẽ incolunt Tauꝝ & in pontum uſq; uergũt.Albani eũ tenent:& ad mare.caſpiũ inclinãtur.
Hi primũ poſtulãti Põpeio trãſitum dedere:deinde cũ in regione exercitũ hyens cõprehendiſſet: ſaturnali
bus diebus Romanos inuadunt:amne Cyduo exuperato:qui ex Iberoꝝ montibus cadẽs:Araxe ab Arme
nia labente ſuſcepto:duobus & decẽ hoſtiis in caſpium pelagus fundit Pompeius licet impedire poſſet ne
fluuium euaderent:id neglexit:tranſitumq; tacite pertulit:Poſt captato tempore in conferctos eos irruẽs:
cum ſtrage maxima eos in terga coegit.Rege deinde pacem orante:legatis miſſis pompeius iniuriam mit
tens fœuds percuſſit.Hincq; in iberos cõtendit:q neq; pauciores numero & lõge Albanis belliçoſiores ha/
biti quiue enixius Mithridatis gratiam in Põpeium bello accingebantur.Hi qppe non medis perſiſue un/
q̃ paruere.Macedonũ etiam dominationẽ euitauere: Alexandro q̃citius Hircaniá egreſſo.Hos tamẽ Pom
peius acri cõmiſſa pugna fudit:cæſiq; ex eis ſunt ad nouẽ milia.Capti ad milia decẽ. Quibus expeditis dũ
in Colchos fertur:apud Phaſim amnẽ ſeruilius ei occurrit:cum nauibus quas ad Põti ꝑſidium habuerat.
Verum hic Mithridatis fuga:ꝙ inter Boſphoranas ac meoticas gentes ſe proripuiſſet:Pompeio anguſtias
plures intulit.Albanos præterea a Põpeio defeciſſe nunciatũ eſt:in quos & iracundia & ĩdignatione Pom/
peius uerſus Cydnũ uix aſtu arteq; exuperat:A barbaris.n.longiſſima eius ripa ſudibus ualliſq; præmuni/
ta fuerat.Vnde aquaꝝ anguſtia:quibus Põpeium intercludebant:ferme inuiũ ꝑbebat iter:Sed Pompeius
decem milibus utrium aqua plenis caſtra ĩ hoſtes mouit:quos tãdẽ apud Abaurẽ fluuiũ ad ſexaginta mi/
lia peditũ & equitũ duo & decẽ milia nactus eſt attonitos armatoſq; uiliſſime:feraꝝ quippe dorſa plæriſq;
pro armis habita Hoꝝ dux regis frater erat:& Coſis nomine appellabat.Is commiſſa pugna impetu ſeſe ĩ
Pompeiũ agens:telo qua duplex erat thorax põpeium ferit:ſed Põpeius ferro ſtricto eum aduerſus ipſum
occidit.In hac pugna dicuntur Amazones barbaris cõmilitaſſe:a montibus profectæ:qui fluuio Termo/
donti ſuperiacent.Dũ.n.Romanus miles in ſpoliis barbaroꝝ obuerſabatur:Amazonicæ peltæ coturniq;
reperti ſunt.Muliebre tamẽ corpus nullũ inuentum.Hæ Caucaſum montẽ habitãt:qua parte ad hircanũ
protẽditur pelagus:nõ Albanis finitimæ:ſed Gelæ ac Leleges media utriuſq; gẽtis tenent.His illæ quotã/
nis ad menſes binos eodẽ repetito loco apud Hermodontem admiſcentur.Deinde digreſſæ & ad propria
reditu acto:ſolitá uitá repetunt.Expedita ea pugna:pompeius in Hircaniá ad mare caſpium caſtra mouit
ſed cũ ab optato triũ dieꝝ itinere iá abeſſet:ex copia peſtiferoꝝ reptiliũ retro actus:in minorẽ Armeniam
iter tenuit inquá cũ Elymeorum Medorumq; reges ad eũ legatos miſiſſent:amice reſponſum tulerũt par
tũ uero ꝙ ĩ Gordianam hoſtiliter excurriſſet:ĩfeſtaretq; Tigranis populos:per Affraniũ cũ copiis miſſum
fugauit:eũq; uſq; Arbielitica perſecutus eſt.in his præliis ex quotquot Mithridatis pellicibus : quæ captæ
fuiſſent:nulli ſe miſcuit põpeius ſed omnes aut eoꝝ parentibus aut neceſſariis illibatas remiſit.Plæreque
autẽ filiæ aut cõiuges magnoꝝ ducũ aut principũ erant:ſtratonice uero quæ maxime in primis dignitate
præcellebat:quæue ditiſſimá omniũ arcẽ gazaq; ingenti refertá in curá habebat:hiſtrionis cuiuſdá aut ali/
as hois fortunati ſenis autẽ filia fuit.Hic quod eá regio potuit aſſidere noſſet Regẽq; ĩ ea oblectari ĩpam ei
adduxit.Ex quo lætior factus Mithridates quietẽ duxit:ſenẽ autẽ omiſit mœſtũ grauiterq; ferentẽ:ꝙ Rex
ei nihil gratæ clæmenterq; habuiſſet.Is tamẽ ut circiter primá lucẽ ſomno experrectus:apud ſe iterius ui
dit mẽſas argenteis atq; aureis uaſibus onuſtas ſtrepitum etiá ſeruoꝝ eunuchos atq; domeſticos ĩtellexit:
ueſtes ĩgẽtis precii ad ſeſe ferre:præterea equum ante portas ſplẽdide ſibi ornatum adſtare: ueluti ex ami/
cis regis & ipſe eſſet credẽs ludibrium hoc eſſe iocumq;:cũ impetu portas ad fugá poſcit:ſed ipſum perue/
nientibus ſeruis dicentibuſq; ꝙ diuite quodá nuꝑ defuncto:Rex illius domum ſibi donauerat ꝙq; ea oĩa
parue eſſent primitiæ reliquaꝝ diuitiaꝝ uix perſuaſus:purpureá ueſtẽ ĩduit.Equũ deinde inſiliens:ꝑ urbẽ
& cõcitatius ea oĩa ſua eẽ clamitãs:ĩde ad irridẽtes ureſus nõ id mirandũ eſſe dicebat:ſed potius ꝙ obuios
lapidibus non feriret:præ alacritate inſaniens.Huius generis huiuſq; ſanguinis ſtratonice fuit Hanc ille ci/
uitatem Pompeio poſtea tradidit:munera præterea multa adiecit:quorum omnium Pompeius ea tantũ
quæ ad ornatum ſacrarum & ad triumphi decus fore aſpexit ſumẽs:ſtratonicem reliqua habere permiſit

Rege pariter Iberoꝝ ſpondam mēſam ſedemq;:quæ ex auro erant:ad Pompeium mittēte orāteq; ut ipſas
uſui ſuo ſumeret:redigendas in ærariū quæſtoribus dedit.In noua eiuſdē loci arce qbuſdā arcanis ſcriptis
epiſtoliſq; Mithridatis Pōpeius incidit:quæ cū effectū Regis aperirent:nō ſine uoluptate a Pōpeio perlata.
Ibi.n.cōmentaria deprenſa ueneno ꝝ:qbus & multos & ipſius filium Arriaritem ne cauerat.Alcenūq; p̄te
rea ſardianum:ꝙ in agitatione equoꝝ is regem improbauerat.Somnioꝝ ēt interpretationes reperta:par
tim quæ ipſe Rex partim quæ fœminæ q̄dam uiderant.Præter hæc impudicæ q̄dam epiſtolæ Momines
peramatæ mulieris ad eū:q̄damq; regis ad ipſam datæ.Memorat Theophātes in his repertā eē orationē:
qua Rutilius Mithridatē exhortabaťad cædē Romanoꝝ:qui tum in Aſia fuerāt:Quod plæriq; plane exi
ſtimabāt aſtū Theophanis fuiſſe:nō ob Rutiliū quē Theophanes odiſſe nō uidebať:ſed decētius ob Pom
peiū:cuius patrē rutilius in eius hiſtoria uiꝝ iniquū oſtēderat.Cæteꝝ Pōpeius hinc ad Amiſum ꝓfectus
ex ambitione in odioſum affectū īcidit:in multis.n.īprobarat Lucullum:īquiens uiuente hoſte nō decere
ꝓuinciā ordinari:munera honoreſq; partiri:quæ cōfecto bello uictores facere conſueuiſſent.Quæ & ipſum
apud boſphorū Mithridate p̄ualente & maiores ſtruēte copias:ꝓuincias ordinaſſe:muneraq; diuiſiſſe.Ac
ſi bello finē dediſſet:ægiſſe cōtigit:multis ducibus multiſq; principibus:duodecim p̄terea barbaroꝝ regi
bus ad ipſum cōfluentibus.Vnde & hoꝝ gratia ad Parthoꝝ regem ſcribēs:eum quēadmodū cæteri regē
regū appellare haud dignatus eſt:ipſum ēt cupiditas q̄dam īuaſit Syriā occupare:atq; per Arabiam mare
rubrū attingere:ut undiq; q orbē cingit oceanus trophæis ſuis īpleret.Etenim primus in Lybia uſq; exte
rius ꝓgreſſus eſt pelagus.In Hiſpania apud Atlanticū mare fines romani īperii ꝓtendit.Tertio hic Alba
nos pſequēs ferme ad Hircanū pelagus ꝓgreſſus eſt.Veluti ergo orbis ambitū cōiuncturus: exercitū mo
uit.Mithridatē nāq; armis male cōprehēdi poſſe uidebat:illumq; fuga q̄ prælio grauiorem.Ex quo ratus
ualidiorem illi hoſtem famē futuram:q̄ exercitum:nauales copias inſtituit aduerſus negociatores:qui per
boſphoranū nauigarent fretū: necēq; in comprehenſos edixit.Deinde frequentibus copiis exercitus ſui aſ
ſumptis iter cæpit.In quo obuiā his factus:q cū Triario aduerſus Mithridatē īfœliciter dimicauerant:q ad
huc inhumati fuerant eos ſplendide decoreq; tumulauit.Quod cum neglexiſſet Lucullus:nō iniuria odii
materiā eſt nactus.Inde cum affranio duce:Arabas qui iuxta Amanū icolūt in poteſtatem ægiſſet:& inde
deſcendiſſet in Syriā:regionē hāc ueluti legitimis carentem regibus.ꝓuinciam populi romani ægit. Hinc
iūdea ſubacta:regem eius Ariſtobolū cæpit:ciuitates & quaſdā condidit:aliaſq; ſeruitute liberauit: earum
tyrannis ſupplicio affectis.Plurimū aūt tempus triuit:dū arbiter īter urbes regeſq; iudicat.Quas ī ptes ipſe
nō ibat:beniuolos eo deſtinabat:ut ad Armenios Partoſq;:qui de finiū litibus iudicarent.Tres.n. arbitros
eo miſit ad eos cōciliādos:magnā.n.uim tū nomē Pōpeii habebat:nihil ēt minor & uirtutis & humanita
tis rumor.Quibus oībus plurima domeſticoꝝ atq; beniuoloꝝ ſuoꝝ delicta obruebanť.Nō.n.natura ipſi
datū ꝓhibere:aut ſuppliciis deliquētes afficere.Scipſum his cū qbus uerſabať:talē p̄bebat:ut eoꝝ cupidita
tes graueſq; affectus toleraret facillime.Qui plurimū apud ipſum poterat:Demetrius libertus ꝓhibeť:nō
in cæteris adoleſcens inurbanus:ſed nimium fortuna īſolēter uſus.Deo hoc memorať.Cato philoſophus
adhuc annis iunior:ſed expectationem permagnā de ſe præbens:famaq; iam īſignis & dignitate in Antio
chiam profectus eſt:cupidus abſente Pompeio eam urbem ſtudioſe diligenterq; inſpicere.Hic quēadmo
dum ſemꝑ conſueuerat.Tum etiam pedes ibat.eius proximis qui iter illud ſecum agebant equo inuectis.
Cum autem ante eius urbis portas hominum cohortem in niueis aſtare ueſtibus uidiſſet:& a parte altera
ephebos:ab altera pueros inter ſeſe lectos indignatione motus exiſtimans hæc ob honorē quendam ſibi
appræparari:qui horum nihil optaret:nihilq; præſciſſet. Comites tamen ab equis iuſſit deſcendere ſecū
q; ire.Cum uero appropinquaſſet:tum iuuētutis illius magiſter:qui ea omnia componebat:coronam uir
gamq; gerens:obuiam uenientibus factus:ubi Demetrium dimiſerint rogat:& quando ipſe uenturus ſit.
Tum Catonis beniuoli in riſum omnes effundi.Cato o miſeram īquit ciuitatem:aliud nil reſpōdēs præ
teriit.Sed aliis quidē hunc Demetrium pompeius minus inuidioſum reddidit.faſtum eius illicebraſq; in
dignatione nulla perferens .Dicitur enim cum pompeius ſæpius in amicorum crebris ſalutationibus ſta
ret:ac alios atq; alios immorando ſuſciperet illum tum molliter īſolenterq; iacuiſſe:caput uſq; aures obte
gentē.Hic nondū in italiam profectus:amœniſſima Romæ ſuburbana eſt nactus:præterea diuerſoria pul
cherrima:hortos etiam precii multi poſſedit:qui demetrii nuncupati ſunt.Atqui Pompeius ipſe uſq; ad
tertium triumphum modice atq; ī compoſite habitauit.Pulchrum deīde cum illud Theatrū a Romanis
longe diffamatum conſtruxiſſet:ſplendidiorem domū ueluti a Theatro appendicem edificauit : quia etiā
ab inuidia intactus eſt.Vnde poſt Pompeii exceſſum eius domus poſſeſſor eam ingreſſus in admirationē
uenit:rogauitq; ubi Pompeius magnus cœnauiſſet.Hæc ita ferūtur.Cæteꝝ rege eoꝝ Arabum qui apud
petram Arabiæ circūincolunt:nulla hactenus exiſtimatione Romanoꝝ facta:nō paruum tum ī modum
metuente:ſcribenteq; ꝙ in omnibus obſequi pompeio ſtatuiſſet:pompeius uero mentem experiri uolēs
caſtra ad petram mouit non ſine ferme omniū querela:putabant.n.Mithridatis perſecutionē pōpeiū eui
tare:& in Mithridatē ipſum fore dignius ut totis uiribus cōuerteretur:ueterem ſcilicet & præcipuū hoſtē
qui ut nunciabatur redintegratis aīs uiribuſq; ꝑ Scythas ac peonas in italiam expeditionem præparabat:
Sed pōpeius exiſtimans ſeſe aut facile illius potentiā abſumptuꝝ:ſi pugnandi copia fieret:aut fugientis po
teſtatem habituꝝ:nolebat fruſtra in perſequēdo tēpus terere.Vnde alia bella nō obtrectabat : nec inuitus
morā trahebat.Veꝝ fortuna oīa ſoluit.Nō enim a petra longius aberat cū poſitis caſtris inter equeſtre cer
tamen:quod iuxta exercitū ludi gratia agebat apparuere tabellarii:qui litteras læta nuntiātes e pōto affere
bant.Cogniti extemplo hi fuere grata nuntiari ex iaculorum cuſpide.Lauri enim frondibus coronaban

tur.His uiſis milites q̄primum ad Põpeium curſitare ipſumq; ꝓcingere.Sed eo agonẽ impfectum deſere/
reuolente:cum acclamarẽt illi equo diſſiliit:litteraſq; ſuſcepit.Eminentior tum aberat ſuggeſtus:& miles
in illius ſtuctura haud ꝑuenerat:fieri quippe is ſolet exciſum ceſpitẽ exciſo accumulãdo ceſpiti.Propere er/
go iumentoꝝ ſellas afferens miles:editũ erexit tumulum:quẽ cũ aſcendiſſet Põpeius ex litteris recitat Mi
thridatẽ ꝑ filii Pharnacis ſeditiões mortẽ ſibi cõſciuiſſe:ac oĩa q̄ ipſe poſſederat:Pharnacẽ ſibi ſortitũ: deq;
his geſtis Pharnacẽ ad ſe Romãq; ſcriptitaſſe.Quibus auditis oĩs exercitus:ut fas fuit:ſumma alacritate ef
fuſus eſt.In ſacris deinde conuictuq; obſeruari cœptũ.Veluti in uno Mithridatis pectore:innumeri hoſtes
extincti eſſent Põpeius poſtq̄ uidit geſtis & expeditioni ſuæ ferme ex ĩſperato caput datũ cõfeſtim ex Ara/
bia exercitũ mouit:ſtatimq; medias egreſſus regiões ad Amiſum ꝑuenit:ubi munera q̄multa a Pharnace
ſplẽdidius ornata accepit:multa ẽt corpora ex regiis aſſumpſit.Ipſum ẽt Mithridatẽ apprehendi iuſſit de/
functum:& ex facie ipa haud plane notũ (latuerat quippe miniſtros illius cerebrum liquefactũ fuiſſet) Ab
exploratoribus tamẽ excitatricibus plene ꝓcognitus.Ipſe uero Põpeius illũ minime ĩtueri tolerauit ſcelus
abominãs:defunctũ ad Synopem miſit.Quã uero portabãt ueſtẽ armorũq; magnitudinẽ ſplẽdorũq; ad/
miratus eſt.Gladii thecã q̄dringentoꝝ ĩpenſa talentoꝝ ĩſtructam publius furatus:eam Ariarithi uẽdidit:
Cidarim Caius Mithridatis cõmenſalis clã fauſto ſyllæ filio petẽti dedit.Erat hæc admirãdi & ĩcredibilis
operis.Hæc tum Põpeiũ latuere.a pharnace uero poſtea cõperta re:q hæc abſtulerũt pœnis affecti.Pompe
ius rebus illic cõpoſitis pacatiſq; iter ſumpſit feſtos continuo agens dies ad Mytilenẽ ꝓfectus Theophanis
gratia ciuitatẽ liberat ibiq; ſcenicos poetas ĩſpexit:iã tum ipſius geſta materiã habentes.Hic Theatri formã
admiratus eius ſimilitudinẽ typũq; ſtilo expreſſit:ꝑſimile romæ cõditurus:licet maius atq; ſpecioſius.Cũ
Rhodi adeſſet ꝓfectores liberaliũ oẽs audire curauit & ꝓceptori cuiq; talentum dono dedit.Hinc poſſido/
nius philoſophus ad Hermogorã oratorẽ ſcripſit.Põpeiũ ſe audiuiſſe:ſingulaq; uir ille narrauit:q̄ tum ĩ ea
cõuentiõe q̄ſita fuere eadẽ ĩ Athenis circa philoſophos ægit.Inde ad ornatum urbiſq; eius architecturam
qnquaginta talentis dimiſſis in Italiã feſtinans ſperans omnium ſplendidiſſimus illã attigere:ſed quod fie
ri ſolet plærũq;:iter ꝓclara hominum geſta:ut fortuna ſemper infauſtum quiddam afferre curet:id iãdiu
ꝑparatum fuerat ad illius reditũ triſtius agẽdum.Mutia enim poſt Põpeii abſceſſum ignominia domum
turbauit:Põpeiuſq; dum ĩ remotis ageret:id neglexit:ſed italiã cum iam attingeret: ĩpenſiori cura rumo/
ri iſiſtens:q̄d:ut opinãdum eſt:cãm magis apprehẽdit:repudium illi dedit:neq; tũ neq; poſtea cur eã repu
diaſſet faſſus.Huius tamẽ rei cã apud epiſtolas Ciceronis patet.Cæteꝝ de reditu Põpeii uarii rumores ur/
bem cõpleuere:tumultuſq; hic nõ paruus exortus:quod ducturus hic in urbẽ eſſet exercitũ:& monarchia
extẽplo ineunda.Craſſus etiam liberis pecuniiſq; ad ſe receptis ab urbe abiit:ſeu uero cõpulſus metu: ſeu:
ut magis creditũ eſt:ad ꝓſtandum rumori & obtrectationi fidẽ:ĩuidiãq; in põpeium exaſperandã.Põpeius
autem italiam ingreſſus:militibus ad cõcionem uocatis:cum eos ornaſſet laudibus rei accõmodata locu/
tus per ciuitates ac municipia diſiungi iuſſit:& ad ꝓpria quẽq; uerti admonẽs tamẽ triumpho omnes cõ/
uenire:Sic ergo ſoluto exercitu admiratio oĩum animos oppleuit.Ex quo cum uiderẽt urbes pompeium
magnũ armis poſitis:cum paruo ꝓximoꝝ ſuoꝝ comitatu ꝓdeuntem:nec expeditionem eam ꝓferentem
beniuolẽtia effuſæ eum maioribus copiis Romã aſſecutæ ſunt enixius paratæ:ſeu mouere bellum ipſe cu
peret.Seu rebus ſtudere ĩnouandis.Ex lege deĩde cum cautũ eſſet:neminẽ ducẽ ante triũphum urbẽ ĩgre/
di.ad ſenatũ oratũ mittit:uti cõſularia comitia differrẽt ſumma ope poſtulauit:ut liceat ꝓſenti ſibi cum Pi
ſone comitia inire.Cui rei cũ obſtitiſſet Cato Põpeius animis fruſtratus ẽ:Admiratus aũt Catonis audaci/
am atque cõſtantiã:quibus manifeſte æquitatis gratia uſus ille fuerat:ipſum ſibi affinitate coniũgere cura
uit.E ſorore ergo Catonis cum eſſent geminæ:ſibi alterã:filioq; alterã uxorem poſtulat.Sed Catone rem
ſuſpectã habente:ueluti perditionis ſuæ materiã:q̄ illius affinitas dolo cõparetur:coniũx ſororq; id graui/
ter tulere:Pompeium magnum affinẽ haud repellendũ aientes.Inter hæc optauit pompeius ad conſulatũ
Affraniũ prouehere:Vnde pro ĩclinandis ſuffragiis argentũ cẽturiis ĩpenſum eſt.Idq; ſuſcepiſſe eos qui tũ
ipſius pompeii hortos ingreſſi eſſent cognitũ eſt.Itaq; cũ res hæ paſſim uulgarentur:in pompeiũ obloqui
cœptũ:q̄ ampliſſimũ eũ magiſtratũ:in quo tot ſtrenua ægiſſet uenallẽ illis inſtrueret:qui uirtute aſſequi
eũ non poſſent.Hæc Cato mulieribus refert oſtenditq; in quã incidiſſent contumeliã:ſi cum pompeio af/
finitatẽ iniſſent.Quibus auditis petiuere ueniã:plane ſalubrius Catonis fuiſſe conſilium faſſæ.Cæteꝝ triũ
pho:licet eũ in binas dies partitus eſſet:nõ ſatiſfecit tẽpus:ſed apparatuum tot ĩ eo prætermiſſa ſunt : quot
alteri triumpho ſat fuiſſent præ illoꝝ dignitate ornatuq;.Ex prænotatis autẽ litteris clare cognoſcere erat
ex quo genere gentiũ triumpharet.Erant quippe regiones hæ põtus:Armenia:Cappadocia Paphlagonia:
Media:Colchis:Iberia:Albania:ſyria:cilicia:Meſopotamia.Præterea hi q circa phœniciã:& paleſtinam in/
colũt iudei:Arabes:pirataꝝ etiã quotquot genera terra mariq; debellata erãt.Inter hæc notabatus: caſtel/
la haud pauciora q̄mille capta:Ciuitates ferme non ingentæ:piraticæ naues octingentæ . Vrbes præſidiis
Romanis firmatas eſſe unde quadraginta.His quoq; addebatur uniuerſa Romanæ urbis tributa ante id
bellum quinquagies decies centena milia fuiſſe:cum his uero quæ populo Romano ipſe quæſiuit octua/
gies & quinquies decies centena milia.In ærarium præterea uaſa aurum argentũq; ſignatũ ad uiginti mi/
lia talentorum.præterq; militibus diuiſa ſunt.Quorum qui minus accepit:mille & quingentos æreos tu
lit.Captiui poſt principes piratarum in triumpho ducti Tigranis Armenii filius cum uxore filiaque ipſius
regis:Tigranis:coſmiæ coniunx:Rex uideorum Ariſtobolus:Mithridatis ſoror cum liberis quiq;.Scytha
rum quoq; quãmultæ mulieres:Albanoꝝ & iberorum ac regis comagenorum obſides ducti . Trophea
quoq; q̄plura notata omnia prælioꝝ munera:æqua:quæ aut ſe duce aut ꝑ legatos adeptus erat.Maximũ

uero ſe ſplédidiſſimum fuit:& qđ Romanoꝝ nemini hactenus obtigit:ꝙ trinue trina uniuerſi orbis par/
te triũphum duxit.Nam licet tres ex hac una parte antea triũphauerint ipſe tamẽ primũ ex Aphrica:ſecũ/
dum ex Europa:Tertium hunc ultimũ ex Aſia ducẽs triũphum:quodámodo uiſus eſt ex uniuerſo ambi
tu orbis triumphaſſe.Eius tum ætaté:qui ipſum Alexádro ꝑſimilem dicunt:eumq́ꝫ illi in oíbus æquare
innitunť:nõdum q̃ttuor & triginta annoꝝ fuiſſe tradunt.Sed quod eſt uerius q̃dtrageſimũ tum attinge/
bat annum:o q̃ ipſe ſatius ſi quouſq́ꝫ Alexandri fortuná nactus fuit uita exceſſiſſet.Vlterior enim ætas fœ/
licitates ipſi iuidias & clades quoq́ꝫ intolerádas attulit.Quá.n.potentiá ex eius uirtute digne cõparauerat:
hac iniquius ĩ alios utens q̃tum uiriũ illis ipſis addebat:tãtum gloriæ ſibi abſtulit.Vnde inſcius robore ac
magnitudine ſua clam repulſus.Quéadmodũ.n.ualidiſſimæ ac munitiſſime ciuitatũ partes hoſtes admit
tunt:adiiciunt hoſti robur:ſic ex Põpeii potentia elatus Cæſar:his armis q̃bus in cæteros utebať:eiſdẽ Põ/
peium auctorem euertit.Res náq́ꝫ ſic acta eſt:Lucullus ex Aſia cum rediiſſet:a Põpeio per cõtumeliá habi/
tus.a ſenatu ſplédide exceptus eſt.Qui deinde ab obtimis monitus Põpeio ẽt ꝑſente aíum ad remp.iniecit
Huius.n.robur a natura ipſa iamiá obtundi.frigereq́ꝫ negocia:inerti ocio opumq́ꝫdeliciis dedita.Cum aũt
Põpeium inquietare cœpiſſet:& recta in eum uerſus:acta quæ Põpeius reſciderat:ſanari obtinuiſſet:Cato/
ne ſecũ in ſenatu certãte:reiectus Põpeius cõfugere ad tribunos plæbis coactus eſt:& ſeſe adoleſcẽtibus ad/
dere.Hoꝝ ĩ primis deteſtãdus:& oĩum audaciſſimus erat Clodius:qui Põpeio ſuſcepto eũ plæbi ſubiecit.
Inde per mediũ forum eũ habẽs iuxta ſeſe ꝑterq́ꝫ dignitaté ipſum circum ducẽs in ſuffragiis eo utebať:&
in gratia blãdimẽtiſq́ꝫ plæbis:mercedẽ ẽt ab ipſo expoſtulauit:ueluti nõ ex probris ſed ex beneficiis Põpe/
ius obnoxius illi foret.Solutũ id poſtea ꝓcium eſt:cũ Põpeius Ciceronẽ uiꝝ ſibi amicũ atq́ꝫ beniuolum:&
qui plurima Põpeii arbitrio in rep.geſſerat:neglexit.Cum.n.Cicero extremo in periculo Pompeii oraſſet
auxilium:ille Ciceronẽ corá uenire haud paſſus eſt:ſed ueſtibulo accedenti clauſo:ipſe poſtico egreſſus clá
eſt.Inde Cicero iudicii metu in exiliũ abiit.Inter hæc Cæſar militia functus reip.ſeſe ingeſſit. Vnde hic reꝝ
ſtatus tum beniuolẽtiam maximá & in poſteꝝ potẽtiam permagná ſibi attulit:Põpeium uero maxie op/
preſſit cõſulatum deide Cæſar petit. Qui aíaduertens Põpeii Craſſiq́ꝫ cõtentiones:ꝙq́ꝫ ſibi alteri ipſorum
amicitia iũgereť:alteri inimicus fieret:ad amboꝝ cõcilationem uertitur:opus alias pulchrum ciuileq́ꝫ:ſed
ium appellat:iam ex geſtu ꝑcipiẽs ĩfœlicitatẽ uiriqꝫ mutationẽ. Nullis deĩde ꝓcibus factis nullo acto collo/
quio:ſed ſuſceptis quotquot cũ ipſo adire Põpeius iuſſerat (Lentuli q̃ppe utriqꝫ aderant ac Faonius) nauem
ſoluit. Suſceptus & paꝶ poſt rex Deotarus ẽ:in littore certare cognitus Cæteꝶ cũ cœnæ tẽpus affuiſſet:&
apparuiſſet gubernator q̃ tum aderant:uidens Faonius põpeium abſqꝫ ſeruoꝶ miniſterio ſeipſum abluere
ꝑrrit:eũqꝫ abluit:unxitqꝫ. Deinde in poſteꝶ ei ſædulo eẽ:eiqꝫ ſeruire quẽadmodũ ſerui dominis:uſqꝫ ad
pedum purgationem cœnæqꝫ apparatũ haud deſtitit. Vnde liberalitatẽ miniſterii nudi ac infecti aſpiciens:
quis o ĩquit generoſis q̃ decora ſunt oĩa. Sic ergo præter Amphipolim nauigans:ad Mylenem trãſiliit: op/
tans Corneliã filiũqꝫ inde ſuſcipere. Cũ inſulæ hæſiſſet iuxta littus:ad ciuitatẽ nuntiũ mittit:nõ qualẽ expe
ctabat Cornelia:ꝓ his quæ ob gratiã ſcripta nunciataqꝫ ſibi fuerãt. Sperabat.n.ex bello apud Dyrrachium
geſto:opus Pompeio tantum uno ſupereſſe:Cæſarem fugientẽ perſequi:in quibus eã aduerſantẽ compre/
hendit nuncius:q ſalutare eã minime cõpos:ſed plurima malorũqꝫ maxĩa lachrymis magis q̃ uerbo expri/
mẽs:feſtinare ipſam iuſſit:ſi põpeiũ aſpicere optaret:naui ſola eaqꝫ aliena inuectũ:Hæc cũ Cornelia audiſſet
terræ ſeſe ſtrauit:multamqꝫ in horã amens mutaqꝫ iacuit. poſt uix cõpos mẽtis cum facta eſſet. noſſetqꝫ id
tempus nõ querelarum nec lachrymarum eẽ:per urbẽ ad pelagus procurrit. pompeio inde obuiã ei facto
eaqꝫ ulnis ſuſcepta ſordida terræqꝫ illabente: Video inquit uir nõ tuæ fortunæ opus ſed meæ:una te naui
uehi:qui ante Corneliæ nuptias quingentis nauibus hoc adnauigabas pelagus. Quid me inſpicere profe/
ctus es? Quid me inuiſæ nõ liquiſti fortunæ? quæ teipſum clade tãta ĩpleui? Quam fœlix quippe fuiſſem
mulier:ſi ante publii obitum:cui uiridis ſponſa fui:uitam amiſiſſem. Innocens poſt illum quẽadmodum
preces optarunt mori debui:Sed pompeio magno ut miſera fierem:ſeruata ſum. Hæc Corneliam dixiſſe
aiunt. Quibus pompeius unam quippe fortunã reſpõdit Cornelia meliorẽ quæ te æque decepit agnouiſti
quæ a me per maius tempus:q̃ mores eius ſint:expectauit. Sed & iſta homines ferre oportet: fortunãqꝫ etiã
experiri Nõ.n.deſperãdũ ẽ:ex his cladibus illã ereptura uiꝶ ĩ hæc ĩfauſta præcipitatũ Cæteꝶ Cornelia ſer/
uitia pecuniaſqꝫ e ciuitate petitas nacta eſt. Mitylenei põpeio ſalutato:ad urbẽ eũ ingredi petiuere:enixius:
quibus nõ abnuit:ſed eos uictori parere ſuaſit:inqꝫ eo fidere. Clæmẽtẽ.n.æquũqꝫ eſſem cæſarem inq̃t. Inde
ad Cratippum philoſophũ uerſus:Deſcenderat.n.ille e ciuitate deſiderio pompeii:poſt querelas breuia de
prouidentia intulit. A quibus ſubterfugiens Cratippus:eũ ad ſpẽ mitiorẽ aduxit:ne auſterus: neue contra
dicendo maioris meſtitiæ cauſa illi fieret. Interrogabat.n.põpeius de prouidẽtia: illeqꝫ cõtra oſtẽdebat ob
reip. mala ĩ monarchiã res romanas labi oportere Deinde quomodo inquit põpei quoue ſigno aſſerimus
melius tecũ fortunam ægiſſe:ſi Cæſaris uictor fuiſſes? Sed hæc quidẽ mittẽda ſunt quoue etiã:mõ ſe deo/
rũ facta nũc habeant:põpeius ſuſcepta coniuge amiciſqꝫ nauigat:ſeſe fingẽs ĩ locis hærenſqꝫ ad aquãdũ cõ/
meatũqꝫ captandũ cõmodis:primã aũt ciuitatẽ Attaliã pãphiliæ ĩgreſſus ẽ:põt eius fugã:ubi triremes quæ
dã ſibi obuiã e Cilicia aduenere:militeſqꝫ hic quidã aggregati ſunt præterea iterum ordinis ſenatorii uiri
ſexaginta adeſſe ĩde audiẽs claſſem adhuc ſoſpitẽ eſſe Catonẽqꝫ militibus multis ad ſe collectis in Aphricã
traiicere:lamẽtatus cũ amicis ẽ ſeipm ĩcuſans:qꝫ inuitus cũ peditatu cõcurriſſet:qꝫqꝫ ualidiores copias abſqꝫ
pugna nulla ĩ re amiſiſſet:qꝫqꝫ claſſem nullo ſtatuiſſet in loco:ut ſi aduerſa terreſtris pugna fuiſſet:extem/
plo maritimas uires copias roburqꝫ tã ĩgens cõtra oppoſuiſſet. Nullũ.n.põpeii maius crimẽ:neqꝫ Cæſaris
ſtragtoema melius fuit:q̃ id ꝓliũ a maritimis abſtraxiſſe auxiliis. Nihil tamen minus coactus ob p̄ſentẽ rẽ
q̃d decernere agereqꝫ ciuitates circũnuntiis ſollicitat q̃ſdãqꝫ ipſe accedit:pecũias ꝑquirẽs ſupplementũqꝫ ad
naues Cæteꝶ hoſtis ĩgeniũ ac celeritatẽ extimẽſces:ne apparatu p̄riperet̃ ĩuaſus abſceſſum fugamqꝫ p̄me/
ditatur. Prouinciaꝶ nulla tuta cognita eſt fuga uiris aĩo cũcta euoluẽtibus. Regionũ põpeius ipſe aſſerebat
parthicã in præſentiaꝶ ad ſe ſuſcipiendũ aptiſſimã eſſe eãqꝫ ſe ꝑfragiles recreare iterũqꝫ erigere poſſe pluri/
miſqꝫ copiis in hoſtes armare. Alii in Aphricam ad regem Iubã mentem inclinauere. Teophani Leſbio ĩſa/
ni quiddã uidebatur:ægyptũ linquere trium dierum nauigatiõe abſentẽ. Ptolomeũqꝫ non adire:ætate q̃/
dẽ puerum:ſed beniuolentia beneficiiſqꝫ a patre ſuſceptis põpeio obnoxium. Inſanum præterea uiſum eſt
ſe parthis committere generi infido uiroqꝫ Romano quondam affini:apud quem ſi ſecũda pati poſſet:cæ/
teris prior haberetur:nõ fidere:eiuſqꝫ modeſtiam experiri nolle ac Arſacem magis dominũ ſibi cõſtituere
qui Craſſum uiuentẽ ferre non potuit. Deinde iniquum cenſebat coniugẽ iuniorẽ ad Barbaros duci:e Sci
pionis genere ortam:quod cum contumeliis ac impudicitia æque licẽtiã mittitur. Si.n.hæc nil patit̃ dum

modo pati poſſe uideatur:pergraue eſt inter eos ipſam obſeruari:qui facere iniuriā poſſe uidebantur. Hoc
ſolum ut aiunt Pōpeiū ab itinere Euphratis auertit:ſi quædā Pompei ratio:nō fortuna ipſa iter illud auer
uertiſſet potuit. Igitur ut decretum ē ī ægyptum fugere e Cypro triremē Seleutiæ cum cōiuge ſoluit. Co
mitū hi in longis pariter nauibus:alii in onerariis ſimul uehi. Pelagus hinc tuto præteriit:audiēs īde Ptolo
meum apud peluſium cum exercitu eē aduerſus ſororē bellum gerētē:eo erigit. Nuntio ad Regē exoran
dum præſidio:ptolomeus ꝑnimis erat iunior. Sed qui regnum adminiſtrabat: photinus ſenatū primori
coegit. Erant.n.hi primi:quos ipſe uolebat:quibus coactis quid quiſq; ſentiret ducere iuſſit graue quippe
tū fuit de pompeio magno conſulere photinū eunuchum & Theodotū chium præceptoꝝ ī facultate ora
toria mercede cōductum: Achillēq; ægiptium. Excellentiſſimi hi quidē cōſultores īter cubiculatorios cæ
teros alumnoſq; tum erāt. pōpeius hoꝝ decretū ancoris infixis iuxta regionē īnixus expectabat: indignum
quippe ob ſalutis gratiā Cæſari deberi: Alioꝝ ſentētiæ īter ſeſe ita diuerſæ ꝓlatæ ſunt: ut hi pompeium ex
pelli iuberent:hi pulchrum dicerēt uiꝝ ſuſcipi Ad quæ Theodotus eloquētiæ uim oſtētans: neutrum ſa
tis tutū fore demonſtrauit:ſi.n.ſuſcipiſſent ſe Cæſarē hoſtē habituros:pompeiūq; dominū aiebat. Si repu
liſſent cū pompeio eiectionis crimē ſubituros:Cæſari cām ꝓſecutiōis ꝓbere. Optimum itaq; eē uiꝝ accitū
occidere. Beneficium.n.īquit hinc Cæſari ſe allaturos: metuq; pompeii ſeſe liberaturos. Addidit præterea
ſubridēs (ut aiunt) hominē mortuū nō mordere. Hæc cū decreuiſſet: Achillæ facinoris cura mādata ē. His
Septimū quēdā ſub pompeio duce tribunū militū & ſaluiū Cēturionē cum aſſumpſiſſet ſocios:ꝑterea tres
aut amplius quattuor ſatellites:puppē ad pōpeiū mouit ad quē tum e ſuis cōnauigantibus primi ꝓſtantio
reſq; omnes deſcēderant:ut rem euētumq; inſpicerēt. Hi ergo ut claſſem nō regiā nō cultā nō iuxta Theo
phanis ſpē pompeium recipiēdum uiderunt. Sed paucos admodum homines una in ſcapha adremigare
cōfeſtim id uilipēdiū habuere ſuſpectū:pompeiūq; admonuere:uti nauē in īterius ageret pelagus:extra ho
ſtis ſagittæ ictū:interea ſcapha iā cum ꝓprior eēt:ꝑueniēs ſeptimius ſurgit:romanoq; eloquio pompeium
imperatorē appellauit. Achillas pōpeio græce ſalutato:ipſum admonet in ſcaphā conſcēdere. Limum.n.eē
q̄multū inquit:nec ꝓfundum:quod triremi ad nauigandū ſuppetat: cū mare ꝑarenoſum ſit. Vix hæc di
xerant:cū naues quaſdā regias iſtructas aſpexere:littuſq; ab armaris obtineri. Vnde cuncta fore inuia ad re
greſſum cognoſcebantur:ꝑterea ob aſceſſum erat & ꝑcuſſoribus ius ꝓſtare in ſcelere infidelitatis atq; neq
tiæ ꝓſequēdæ. Corneliam ergo quæ iam uiri finem lamentabatur:pompeius cum ultimo complexus eēt
duos cēturiones in ſcapham ingredi iuſſit & ex libertis unum philippū ſeruūq; ſcem noīe. Inde cū Achille
comites dextris eum ſuſcipere appararēt:ad uxorē filiumq; uerſus ſophocleum illum iābicū ꝓtulit. Qui
quis domus tyranni ꝓficiſcit. Fit illius ſeruus:licet liber ſit. Hæc poſtrema ad ſuos locutus ſcahpā īgredi
tur. Continuo inde ſpatio a trireme ad littus īterpoſito:ut uox nulla pia humanaq; īternauigādū ad ipſum
eſt acta:ad ſeptimium inſpiciēs. Nō ego te inquit cōmilitonē quondā meū agnoſco? ille nulla ſalutatiōe da
ta:nulloq; grato colloquio:tātum capite annuit. Deinde cū iterum multum fieret ſilētium:pompeius par
uo in libello orationē ab ſe græce ꝑſcriptam ac ptolomeum oraturus legere incepit:ut littori ꝓpius fiunt
Cornelia quæ triremi pompeii anxia erat:finem tacite animaduertēs:cum multos aſpexiſſet ex regis deſcē
dere ueluti ob gratiam ſaluteſq; uiri conueniſſent:fidere incepit: Inter hæc pompeius cum Philippi forte
manū apprehendiſſet:ut facilius ſurgeret: ſeptimius tergo īſtans:priore enſe eū tranſfigit īde poſt eum ſal
uius poſtque Achillas gladios nudauere pompeius utraque manu toga ſuper fronte obducta. Nihil ſeip
ſo indignum. Aut locutus eſt: aut fecit:ſed tantum ſuſpirans ſe ictibus præbuit:unde ſexaginta annos na
tus:uitamque claudens die natalem ſuum inſequēnti. Qui in nauibus erant:ut aſpexere cædem: ululatu
ad littus uſq; emiſſo ancoris celerrime eductis effugere. Inde pelago altius petito:uentus adeo uehemētior
flauit ut ab ægyptiis perſequi ſatagentibus aduerterentur. Cæterum pompei caput ab humeris uulſum
reliquum uero corpus e ſcapha nudum in littus eicere:ac in ſpectaculum cuiuſq; reliquere. Iuxta autem id
permanſit philippus quouſq; adſtantium oculi abunde implerentur is poſtea mari ipſum tum circum ab
luiſſet:quadam ſuimet tunica id circūuoluit. Deinde cum cæteris cariuſſet littore circum inſpecto: reliqui
as paruæ ſcaphæ reperit:ueteres quidem:ſed quæ corpori nudo ſatis eſſent:quæue neceſſariā pyram inte
gro totoque cadaueri haud præbuiſſent. Hæc cū afferret ille ſtrueretq; homo occurrit Romanus ætate iā
ſenex quiue primas militias quondam iuuenis cum pompeio ſimul ꝑegerat. Hic quis o homo inquit es
qui magnum tumulare pompeium accingeris:reſpondente illo ſe libertum eſſe:Sed non tibi unico dixit
hoc decus obtinget:at me huius piiſſime ſortis in partem habebis:ne in omnibus peregrinationem meā
pro multis miſerrimis conquerar. Hinc ergo cum occurrerim palpare me hoc finito: Manibuſque meis
circum inuoluere:maximum Romanorum omnium Imperatorem. Sic tumulatus Pompeius eſt. Poſte
ra uero die. L. Lentulus horum ignarus e Cypro nauigans iuxta littus uectus:ut funeream pyram inſpexit
philippumq; iuxta inſidere:nondum eum ab aſpectu cognito: Quis utiq; īquit fatis hic quieſcit? parum
perque amens factus ductis poſt ſuſpiriis:forte īquit. tu hic es magne pompei deinde paulum cum deſcen
diſſet comprehenſus obiit. Hic magni pōpeii finis. Cæterum non multo poſt Cæſar in ægyptum ſic per
turbatam prouinciam profectus afferētem pompeii caput ut ſcelus execratus eſt:oculoſq; ab ipſo auertit
gemmam uero pompeii cum ſuſcepiſſet. illachrimauit:eius gemmæ ſignū erat enſi ferreo: Achillē autem
atq; photinum iugulauit. Ipſe Rex pugna uictus: iuxta fluuiū euanuit. Theodotus ſophiſta Cæſaris ſup
plicium euaſit:ægyptum enim cum effugiſſet:humili miſeroq; īgeſtu pererrauit:odii metu. M. Brutus is
qui Cæſarem occidit: eū apud Aſiam in uentum compræhendit:omniq; cruciatu afflictum trucidauit:
pompeii reliquiæ ad Corneliam delatæ apud Albanum poſitæ ſunt.

# ALEXANDRI MAGNI VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRAECO IN LATINVM PER GVARINVM VERONENSEM VERSA.

EGIS ALEXANDRI CAESARISQVE:QVI POMPEIVM PROFLIGAVIT:Vitā in hoc uolumine ſcribere orſi:ob ꝓpoſitam rerum geſtaꝝ magnitudinē nihil aliud q̄ excuſationem lectori præfari ducimus:ut ſi amputatis plurimis haud unam quāq; reꝝ famoſiſſimaꝝ in numerum explicamus:ne nos carpat:quippe cum nō hiſtorias:ſed uitas ꝑſcribere in animo ſit.Præterea nō uſquequaq; clariſſima geſta uirtutē flagitiaq; declarāt:ueꝝ exigua per ſe res ac uerbū locuſq; quiſpiam mores magis aperit:q̄ hoſtes infiniti p̄lio cæſi īgētes acies & expugnata oppida.Quēadmodum igiť pictores neglectis cæteris partibus ex facie ac uultus forma:unde morum indicium extat:ſimilitudines capiunt.Sic & nobis indulgēdum eſt:ut animoꝝ ſigna ineamus per ea utriuſq; uitam ſignificātes:eorum amplitudines ac res bellicas aliis relinquētes.Porro credendum eſt:paternum Alexādri genus ab Hercule per Caranum:maternum uero ab Eaco per Neoptolomum extitiſſe.Philippus cum adoleſcens eſſet.Vna cum Olympiade in ſamothracia ſacris ſe initiaſſe traditur:quam puellam parentibus deſtitutā adamarat:eamq; Arriba fratre cōſentiente cōnubio ſibi cōiunxiſſe.Illa igiť deſponſata priori nocte qua in cubiculo ſe uiro cōmiſcuit:exiſtimauit facto tonitru ſibi inuterum fulmē illabi.Ex cuius ictu cum magnum emicuiſſet incēdium:poſtea ī late diffuſas flammas abiit.Philippus quoq; poſt nuptias per quietem uiſus eſt cōiugis aluo inſignem affixiſſe bullam: cuius ſculptura:quēadmodum is exiſtimauerat:leonis habebat imaginem.Ob quod ſomnium cum cæteri q̄dam cōiectores anttentiori cuſtodia obſeruādam eſſe Philippo cōiugem interpretarenť:Ariſtander myletenſis grauidam eē mulierem affirmauit:haud enim ſolere uacuis ſigilla rebus affici animoſum quoq; & leonis natura ꝑditum infantem parituram.Quōdam iuxta dormiētis corpus Olympiadis dracho accubuiſſe conſpectus.Quæ res amorē caritatēq; Philippi uehemēter extinxiſſe diciť:adeo ut illius per ſæpe concubitus uitauerit:ſiue aliquas magicas & uenefica reformidās:ſiue illius cōſuetudinem & cōtubernium cuiq̄ deo ex q̄dam religione permittens. Alii ſunt qui de hiſce rebus ſic perhibeant.In ea regiōe mulieres uniuerſas:quas clodanas ac mymolonas cognominant:ex uetuſto ritu Orphei ac Bacchi numinibus afflatas multa ſicut edonides & quæ emi rupes incolunt treſſæ perpetrare:a quibus treſſerum hoc eſt deos ample ſeduloq; uenerādi nomen exortum uideť:Olympias hiſce afflari numinibus auidiſſima:eorum ſolemnia ſacra quodam modo atq; barbarico producebat.Ad thyaſos enim eximiæ magnitudinis & māuefactos q̄dem trahebat angues:q̄ multotiens per hederas & myſtica illabentes uentilabra fœmineoſq; thyaſos atq; coronas amplexi:uiros terrore ſimul ac ſtupore conficiebant.Philippus autem cum poſt illa uiſa Cheronem megalopolitanum delphos miſiſſet:hoc a deo relatum eſt oraculum:iubere enim Hammōi rem diuinam facere:& hunc imprimis deum uenerari:ipſum ex oculis alterum amiſſuꝝ: quo ī draconis forma concubentem deum Olympiadi per ianuæ rimam aſpexerat.Olympias quoq;(ſicut inq̄t Eratoſthenes) ſoli ꝓficiſcenti in expeditionem Alexandro geniture detexit arcana.Proinde dignos genitore animos iuſſit.Alii tradunt ipſam id deuitaſſe:ac dicere ſolitam:Non deſinet Alexāder inuiſam me iunoni facere.Natus igitur eſt Alexander circa idus auguſti.Ipſo natali die templum epheſiæ Dianæ concrematum ē: ſicut Egeſias ille magneſius uociferatus eſt:cuius adeo truculēta extitit inclamatio:ut ipſum extinguere debuerit incendium: Ex iure enim Dianæ templum arſiſſe inquit:quæ in Alexandri ortu perquā diligēs accurataq; fuit obſtetrix.Vniuerſi uero magi ac ſacerdotes epheſii alias per hoc incendium portendi calamitates præſagientes:percuſſa facie uociferantes diſcurrebāt:ea die magnam Aſiæ peſtem ſimul ac perniciem exoriri.Eodem ferme tempore cum Philippus Potideam cæpiſſet:urbem terni ad eū ſimul afferunť nuntii:& illyrios ab eius duce Parmenione ingenti prælio profligatos:& ſuum ad olympia uictorem equū extitiſſe:tertius natum Alexādrum eſſe.Quas ob res lætum Philippum uates magis ac magis ad ſpem erexereq; infantem tribus ortum uictoriis īſuperabilem futurum affirmabāt.Corporis ſtaturam egregie a Lyſippo factæ declarant imagines a quo ſolo dignum duxit effingi:Eum multi cum amici tum ſucceſſores poſterius ſunt ſecuti.Ceruix quidem ad leuam paulum acclinatior humetātes etiam oculos mirificus ille artifex diligenter conſeruauit.Appelles autem cum fulmen geſtātem pingeret:haud colorem imittatus ē ſiquidem fuſcum & facie ſordidum fecit:quem colore cādido fuiſſe perhibetur.Mixtus cādori rubor uultum ipſius ac pectus illuſtrabat.in Ariſtoxeni commentariis legimus eius membra atq; os tū ſuauiſſimū odorem exhalaſſe:ut & interiores tunicæ mirabili flagrantia complerentur.Cuius rei cauſa fortaſſe fuit quændam corporis temperies innato calore feruētis.Cum enī(ut Theophraſtus æſtimat)humor a uapore digeritur:ſuauis gignatus odor oportet. Eapropter arida atq; torrida orbis terraꝝ loca plurima & præſtantiſſima ferunt aromata.Sol enim putredinis materiam humorem exhaurit:qui rebus abundat extrīſecis.Alexandrum ab ipſo calore corporis bibacem iracundūq; fuiſſe conſtat.Eo adhuc adoleſcentulo ſua effulſit modeſtia.Qui cum cæteris quidem in rebus concitatus propenſuſq; ferretur ad corporis uoluptatem cōtinens atq; immotus omnino perſtabat:eas multa cum temperantia pertingens:honoris cupidus præter ætatem grauitatem quādam & animi magnitudinem ſapiebat.Nō enim omni ex re omne gloriæ genus quemadmodum Philippus affectabat:qui dicendi uim a ſophiſticis comparabat ornamentis.Tū currules olympiorum uictorias nimis inſignibat:cū ex æqualibus nonnulli ex eo percontarētur: ad olympicum nunquid ſtadiū libens decertaret(plurimum enim pedū celeritate pollebat)libens equidē īquid:ſi decertaturos mecum reges habiturus eſſem.Is aūt quāq̄ ab omni ꝓrſus athletaꝝ genere auerſum alienatumq; habuiſſe uideať animum:plurima tamen nō tragœdoꝝ modo tibicinum ac citharœdoꝝ:ueꝝ etiā

heroicoꝝ uatum edidiſſe certamina traditur:uenationes item multifarias & clauaꝝ pugnas.Pugilum ue/
ro & pancraſtiataꝝ ſpectaculis nullo ſtudio uel interfuit.Olim cũ forte abſente Philippo legati ab Perſaꝝ
rege ueniſſent:eos cum hoſpitio tum conſuetudine captos iocundiſſima ſibi familiaritate cõiunxit:admi/
rantes ꝙ his nihil aut puerile aut humile ſciſcitaretur:uerum aut uiaꝝ longitudines aut ſuperioꝝ modos
itinerum ſedulo ꝑquirebat:multa nunc ſup rege qualis in hoſtes eſſet:nunc ſup perſis quæ uires aut quæ
eſſet potentia rogitabat.Quas res admirari legati:& late diffuſam Philippi grauitatẽ præ huius pueri cu/
piditate ac magnificẽtia ducere.Quotiens a Philippo aut nobile quoddã captũ oppidum aut memorabili
prælio parta uictoria nunciabatur:haud magnopere lætabatur.Cæterum ad ſuos aiebat æquales.Omnia
pueri genitor occupabit:ita ut ne uobiſcum grande ullũ ac inſigne facinus oſtentare mihi ſit reliquũ.Non
enim ipſum ulla illecebraꝝ aut pecuniæ ſed ſola uirtutis ac gloriæ cupido tenebat.Quoq; maiores a patre
facultates acciperet:eo ſe minora geſtuꝝ exiſtimabat.Quocirca creſcẽte dominio gerendaꝝ reꝝ exhauſtã
ſibi materiã ratus:nõ opes nõ deliciaꝝ uſus:ueꝝ certamina & pugnas ardebat:& unde ſibi gloriã cõpara/
ret:pricipatum affectebat.Quãobrem ipſius cura cõpluribus(uti par erat)nutritoribus pedagogis ac ꝓce/
ptoribus mãdata.Præerat uniuerſis Leonidas uir cũ moꝝ ſeueritate cõſpicuus:tum Olympiadi neceſſitu/
dine iũctus.Is cũ pedagogatus nomẽ:cuius cõmodum atq; clariſſimũ opus exiſtit:abhorreret:a cæteris cũ
ex hoĩs dignitate:tum uero ipſa neceſſitudine alũnus ac dux Alexãdi uocabat̃.Lyſimachus aũt natiõe aly/
carnanus & re & noĩe pedagogus erat.Qui cũ nullum aliud urbanitatis genus haberet:niſi ꝙ ſe Phœnicẽ:
Alexãdrum Achillẽ Philippũ uero Peleum nũcupabat:amabat̃:& iã ſecũdum ꝓinde ſibi locũ uendicarat.
Inde cum Philonicus theſſalus Bucephalũ Philippo tribus ac decẽ talẽtis emiſſet:experiũdi gratia ductus
in cãpum equus ferox ad modũ & rebellis uiſus eſt:ut q neminẽ ex his q circa Philippum uerſabat̃: tergo
ſeſſorẽ admitteret:nec plaudẽtis uocẽ ſufferret:cũctos paſſim reiiciẽs.Id grauiter tolerãte Philippo:equũq;
perinde oĩno ac indomitũ abiici mãdante:Alexãder cum forte adeſſet:q̃lem ĩquit equũ amittũt: dum eo
per imperitiã ac molliciem uti nequeũt.Quod dictũ primo Philippus tacitus tulit.Eodẽ ſæpius obloquẽ/
te ægræq; ferẽte:maiores natu ĩcrepas ait:tãq̃ & prudẽtior & in hoc domãdo equo lõge potẽtior. Tum il/
le hunc ſaltem inq̃t:me cõmodius q̃ cæteri pertractatuꝝ affirmo.Sin id nõ feceris:quã ꝓ hac ĩſolẽtia pœ/
nam lues?Ego Ioue obteſtatus inquit:equi ꝓcium ſoluã.Sublato riſu ſimul ac ĩter eos argẽti modus diffi/
nitus ẽ:Feſtinabũdus Alexãder correptum habẽs equũ cõtra ſolem cõuerſum ſtatuit. Animaduerterat.n.
equum:dum ꝓlapſam ante ſe umbrã agitari cõſpiceret:ꝑturbari.Inde ipſo non nihil molliter circũducto
blãdeq; iuba manibus attrectata:ubi nihilominus animoſum efflantẽq; naribus cernit:reiecta ſenſim chla/
myde ſe iuueniliter attollit;equũq; ſecurus aſcendit.Quem nullis fatigatum uerberibus aut calce:cũ loris
attractis minas poſuiſſe & magnope curſum appetere cerneret:laxat habenas: & ipſum acrius uociferans
infeſtis urget calcibus.Tacitũ primo Philippũ angebat ſollicitudo.Vt uero lætus & geſtiẽs uerſas retorſit
habenas cæteroꝝ qdem ĩgens clamor iſequit̃:pater uero ꝓ gaudio illachrymaſſe tradit̃.Deſcendentiſq; ca/
put exoſculans dixiſſe:aliud tibi par iã regnũ quære.Nec enim te iã Macedonia capit.Cæteꝝ cum iam per/
uicacis Alexandrũ ĩgenii:& ne ui ſuperaret̃:ſummopere cõtendentem cerneret:qui tamẽ ad uirtutẽ ratio/
ne facile induceretur:perſuadendo magiſq̃ ĩperando ſecum agere nitebatur.In eo quoq; cõmonefaciendo
ac erudiendo paruã muſicæ ac liberaliũ artium præceptoribus fidem habens:ꝙ ei maiori quadã opera ac
diligentia &(ut Sophocles inquit)freno pariter & clauo multiplici opus exiſteret:accerſit cũctoꝝ illuſtriſ/
ſimũ & clariſſimũ & doctiſſimũ philoſophoꝝ Ariſtotilem:pulchra quidem illi & ꝓ ipſius dignitate diſci/
plinæ præcia conſtituens.Deſtructã enim ab ſe Ariſtotilis urbẽ Stagyrã exædificauit:ciueſq; tũ diſſipatos:
tum ſeruos reſtituit.Eis igitur ſcholã ac gymnaſium in nympheo quod in oppido Meza extat:aſſignauit.
Vbi uſq; in noſtrã ætatem Ariſtotilis ſedes marmoreæ umbracula & deambulationes uiſuntur.Cõſtat au/
tem Alexandꝝ non eticæ tantũ ac politicæ uerũetiam occultæ magiſq; arduæ diſciplinæ præcepta compa/
raſſe:quã peculiariter ſpeculatiuæ cognitionis ſcientiam appellantes:haud multitudini impertitam edoce/
bant.Eteñ cũ iã Alexander tranſiſſet in aſiã:& nõnullos de hiſce rebus ab Ariſtotile libros editos accepiſ/
ſet:ad eũ quandã de philoſophia paulo liberius ſcripſit epiſtolã:cuius hoc extat exemplũ.Alexãder ariſto/
tili fœlicitatẽ.Haud abs te recte factũ eſt:ꝙ ſpeculatiuas edidiſti diſciplinas.Qua eñ in re cæteris iam nos
ipſi præcellemus:ſi ea quibus eruditi ſumus ſtudia omnibus cœperint eſſe cõmunia.Mallẽ enim ſingula/
ri diſciplina:q̃ poteſtate præſtare.Vale.Hanc gloriæ cupiditatẽ ita conſolatur Ariſtotiles: ut qui eos libros
editos perinde ac non editos excuſaret.Et profecto Methaphyſicoꝝ opus:cũ ad docendũ:tũ ad perdiſcen/
dum:nihil utilitatis habens:his qui ex initio eruditi ſunt:exemplar quoddã perſcriptũ eſt.Ariſtotiles autẽ
alexandri gratia præcipuum medicinæ ſtudium operamq; dediſſe uidetur.Eius eñ artis nõ ſolũ contem/
plandæ ſtudioſus extitit:ueꝝ etiã ægrotantibus amicis opẽ attulit:& remedia quædã ac ciboꝝ obſeruatio/
nes inſtruxit:ſicut ex ipſius percipi licet epiſtolis.Is & diſcendi & legẽdi cupidus:illiadẽ quam rei militaris
uiaticũ exiſtimare ac appellare ſolebat:ariſtotele exponẽte perdidicit:eã ſemp una cũ pugione ſub puluino
iacentẽ:queadmodũ Oneſicrates tradit:tenere ſolitus.Cũ in ſupioribus locis libroꝝ copia ſibi deeſſet: Ea
cauſa dimiſit arpalũ:a quo philippi codices:multas Euripidis Sophoclis & æſchili tragœdias accepit:Præ/
terea Theleſi & Philoſeni dithyrambos:principio ariſtotelẽ ſumma proſequens admiratione dicere ſole/
bat:ſe illũ nõ minus q̃ genitorẽ amare ab hoc.n.uiuẽdi ab illo aũt beneuiuẽdi rõnẽ & cauſam aſſecutũ.Po/
ſterius aũt cõcepta de illo ſuſpicio eſt.Nullo tamẽ eũ affecit incõmodo :ueꝝ eñ cũ uehemẽs illa iocũditas
& imenſus amor remitteretur:alienati animi ſigna proferebat.Ille tamen ingenitus pariterque innutritus
philoſophiæ zelus ardorq; haud quaq̃ ex pectore dilabebat̃.Cuius rei teſtimonio eſt redditus honos Ana/

xarco & miſſa Xenocrati q̄nquaginta talenta:item Dandamis & Calanus quos ſtudioſiſſime coluit. Inde
bellū aduerſus Bizantios gerente Philippo alexādro tum ſextū decimū ætatis annū agēti rei macedonicæ
ac regni adminiſtratio relicta eſt. Tunc deficiētes ab eo Megarenſes ꝓlio fugit. Capto mox oppido expulſis
ui barbaris mixtos ad id habitādum īduxit incolas:ciuitatem alexādropolim appellauit. Ei quoqꝫ pugnæ
quæ cōtra græcos geſta eſt:in Cheronia cum copiis affuit. Primuſqꝫ contra ſacram Thebanoꝝ cohortem
irrupiſſe dicit̄. Hodie quoqꝫ uetuſta penes Cæpheſum quercus oſtendit̄:quam proinde alexandri quercū
uocāt:ꝙ ibi caſtra poſuiſſe fertur. Nec longe macedonū extat ſepulchrum. Quas ob res Philippus ſumma
filio ut æquū eſt beniuolentia affectus erat:permaxime uero lætari ꝙ Macedones alexandrū q̄dem regem
Philippum aūt īperatorē uocabant. Cæteꝝ cū ex amore ac nuptiis Philippi domeſticæ ſeditiones exorirē
tur:ita ut regia uxor & cæteræ mulieres ægre ſe inuicē ferrent:magnæ interius q̄rimoniæ iurgia ac diſcor
diæ uerſabantur:quas Olympiadis aſperitas zelotypia & animoꝝ ferocitas agebat: Alexandrumqꝫ laceſſe
bat:aptiſſimāqꝫ ꝓſertim inter Cleopatræ nuptias inimicitiaꝝ cām adhibuit Attalus:quā cum īmaturam
Philippus adamaſſet uirginē:mox uxorē duxit. Auunculus enī puellæ Attalus in ipſo cōuiuio temulētus
Macedones exhortabatur:deos orarent:ut ad regni ſucceſſionē legitimus ex Philippo & Cleopatra creare
tur hæres. Qua re excādeſcēs alexander:O improbū caput inq̄t:nos uero tibi nothi uidemur? ſimulqꝫ i eū
raptū miſit poculū. Inſurgens inde Philippus contra alexandrū nudato mucrone fertur:fauente utriqꝫ for
tuna tū furore tū uino ictus inanis excidit. Tunc alexander cōuitiis adortus:hic eſt ille īquit uiri qui ex Eu
ropa in aſiam trāſitū īſtituens:& ex toro in ꝓximū trāſgreſſurus:toꝝ pronus cōcidit. Poſt eam uinariam
diſceptationē:alexander ubi receptā ſecū Olympiadē in Epiro reliquit:ipſe in Illyriis obſeruabatur. Ea tē/
peſtate Demaratus corinthius hoſpes Philippo perq̄ familiaris ingenuā quandā dicendi præſe ferens au/
daciā ad eū ꝑuenerat. Quē poſt iunctas dexteras blādoſqꝫ ſermones interrogāte Philippo:quonam modo
græci mutuā inter ſe agerēt cōcordiā: Tua minimū īntereſt inq̄t Philippe græciæ curā ſuſcipere:q tot diſcor
diis atqꝫ calamitatibus ꝓpriam cumulaſti regiā. Quocirca reſipiſcēs Philippus Demarathum miſit:q ꝓci/
bus Alexādrum reuocauit. Inde cum Pexodorus Cariæ ꝓpoſitus per amicitiam inita cum Philippo ſocie/
tate maiorē natu filiā Arideo Philippi filio cōiungem dare cōcupiſceret:ī Macedoniā miſit Ariſtonicum.
Eam ob rē cū amici tū mater īgentes cū alexādro ſeditiōes & colloquia ſerebāt. Philippum.n.ſplēdore nu
ptiaꝝ & reꝝ amplitudine ad capeſſendū regnū Arideū cōfirmare. Quibus rebus ꝑturbatus alexāder pan/
thomimū tragœdiaꝝ Theſſalū mittit in Cariā:qui pexodoꝝ inducat:ut repulſo arideo qui & nothus ē:&
minime mētis cōpos exiſtit:id ſecū matrimonium cōficiat. Ea res pexodoro longe magiſq̄ prior eſt cōpla
cita. Id ubi Philippus ſenſit:amicū quēdā admodū familiarē ipſius philotā parmenionis filiū ſecū aſſumēs
cubiculū īgreſſus alexādri illum acriter obiurgauit:& aſpis carpſit cōuitiis degenerē & ꝓſentibus indignū
bonis appellās:qui cario homini & barbari regis ſeruo ſe generꝝ affectet aſciſcere. Deinc ad Corinthios ſcri
bit ut ad ſe uinctum pedicis pantomimum Theſſalum mittāt. Cæteros aūt æquales arpalum Nearchum
phyrgium ptolomeum ex Macedonia coegit excedere:quos poſterius alexāder reuocatos ꝑ ſummos ha/
buit honores. Cæteꝝ cum pauſanias Attali & Cleopatræ cōſilio conſtupratus nullā aſſequi poſſet ultionē
Philippum obtruncauit. Cuius cædis uel maxīa in Olympiadē cā relata eſt:ꝙ furentē adoleſcentē exhorta
ta magis atqꝫ magis laceſſiſſet. Nōnulla ēt alexādrum attulit calumnia. Nam dum poſt id ſtuprum obuiū
ſibi pauſaniā multa cōqueſtum habuiſſet:illud Medeæ iābicum ꝓtuliſſe tradit̄: Soceꝝ ſimul maritūqꝫ ac
ſociā tori. Conſcios tamē inſidiaꝝ poſtea perquiſitos pœnis affecit. Eo deīde foris abſente cum Olympias
Cleopatrā ſuis manibus crudeliſſime necauiſſet:indoluit. Alexander annos uiginti natus plenū inuidia &
grauiſſimis odiis ac ꝑiculis undiqꝫ circunſeptū aſſecutus eſt imperiū. Nec enī uicinæ barbaroꝝ ꝓuīciæ &
nationes modeſte ſeruitutē ferebant. Auita uero dominia patrioſqꝫ principatus affectabant. Occupata enī
armis Græcia philippus nullū eius cōponendæ pacandæqꝫ tēpus nactus:cæteꝝ mutatis tantūmodo ꝑtur
batiſqꝫ rebus & ingenti procella per inſuetas nouitates fluctuātibus diē obierat. Ea tēpeſtatis conditio cū
grauē Macedonibus metū incuteret:opus eſſe cenſebant ut alexander Græciæ rebus omiſſis uim nullis af
ferret:& barbaros qui ab eo deſciuerant:per comitatē ac clæmentiā ad ſe reuocaret:nouaꝝ reꝝ initiis pro
tēpore meditatis. Huic aduerſatus ſententiæ alexander regnū potius audacia & animi magnitudine tueri
& cōſeruare ſtatuit. Siquid enī excælſi & elati animi remiſiſſet:mox ſe a cunctis peſſundatū iri. Itaqꝫ barba
roꝝ motus ac bella cū exercitu aduolans confeſtī ad Hyſtrū uſqꝫ cōpeſcuit: Vbi Syrmum Tryballoꝝ regē
cōmiſſo ingenti prælio ſuperauit poſtmodum cum Thebanos ad defectionē cōcitari:ſocioſqꝫ illis atheni/
enſes accepiſſet:per Thermophilas ſtatī copias adduxit:ſeſe uiꝝ pro athenienſium muris declaraturum di
ctitans:quē Demoſtenes puerum quidē dum in illyriis ac Triballis uerſaret̄ mox uero in Theſſalia adole/
ſcentulum appellare ſolebat. Thebanoꝝ igitur muris admotus:eis ut facti pœniteret ſpatium exhibens:
phœnicē & prothitē ſibi tradi poſcebat:ac modo ſibi cōciliarentur:libertate donatos per præconē declara
bat. Cōtra Thebani philotā & antipatrum depoſcebant. Inde quiſquis liberā uellet eſſe græciā:ſocias ſibi
iungere acies publico monent edicto. Tum alexāder Macedones ad bellum inſtruxit ab Thebanis aduer/
ſum hoſtes & lōge q̄dem plurimos ſummis uiribus ac uirtute impigre decertatū eſt. Interī Macedonibus
q cuſtodiæ arcis præerant:a tergo īuadētibus circūuenti Thebani in ipſa pugna cecidere. Capta ciuitas etiā
direpta urbs & euerſa funditus eſt. Quaq̄dē in re ea ſpes idqꝫ cōſilium extitit Alexādrū:ut huiuſcemodi ca
ſu ac terrore ꝑculſi cōpræſſiqꝫ Græci quietē agerent Cum aliquin īcuſantibus Thebanos ſociis:morigera/
ri gratificariqꝫ cōcupiſceret:phocēſes ſiquidē & plateenſes Thebanoꝝ īſumulatores aduentaſſe cōſtat:pre/
ter ſacerdotos autē hoſpiteſqꝫ Macedonū ac pindari ſtirpē;quiqꝫ defectionē illā diſſuaſerāt: uniuerſos tri/

ginta milia numero uænūdedit:plures ſex milibus oppetiere.Dum grauiſſimis ciuitas calamitatibus agi/
taret́:Thraces qdē excíſa Tymocliæ domo clariſſimæ ſane ac pudicæ matriſſamilias fortunas diripuerūt.
Illoꝝ uero dux ipſam ꝑ uim cōſtrupatā diligēter īterrogat:ſicubi auꝝ aut argēteum defoſſum habeat.Ea
uero ſe habere cōfeſſa ſolū ꝑduxit ī hortum:&puteū oſtendens ibi capta urbe inqt ꝓcioſiſſimas ſe opes de/
poſuiſſe.Inclinatū Thracē locūꝗ accuratius cōſiderātem:pone cōſtituta mulier uoluit ī ꝓceps:eumꝗ ſaxis
frequēter iniectis exanimat.Illa dehīc a thracibus ad alexandꝝ ī uiculis ꝓducta(aſpectu qdē ac īceſſu ma/
xime dignitatis & āplitudinis ſigna dabat)ſecura & īter duces ītrepida ſciſcitāti poſt ea regi q̄nā foret ma/
trona:theagenis ſororē ſe fuiſſe r̄ndit:q ī Cheronia īpator īſtructis aduerſus Philippū aciebus ꝓ græciæ li/
bertate ceciderat.Cuius reſpōſionē clarūꝗ facinus admiratus alexāder liberā cum filiis abiŕ iuſſit.Cū athe
niēſibus pacē egit q̄q̄ thebaꝝ caſum haud modeſte ferētibus.Cum.n.ſolēnia īſtarēt myſteria eis cā mæro
ris omiſſa ſunt.Quiꝗ athenas cōfugerant:ſumma humanitate ſunt excepti.At ſiue leonis more iā furore
ſaturatus:ſiue crudeliſſimæ rei clæmētiſſimā gratiā adiicere uoluerit:nō ſolū nihil atheniēſibus ſuccēſuit:
ueꝝ ēt res græcoꝝ curæ habere iuſſit:ſolos ſiqd ei aduerſi accideret:futuros græciæ prīcipes. Eum quoꝗ
poſterius thebanoꝝ ſæpenumero calamitas afflixiſſe dicit́:eorumꝗ cōpluribus ſummā clæmentiā īpar/
tiſſe.Clyti uero cædē īter uina ꝑpetratā:itēꝗ repudiatos in īdia Macedones ut q īperfectā adhuc militiam
detractarēt:ipſiuſꝗ gloriā abiicerēt:ad Liberi patris iras oīno referre ſolebat.Hoc ſane cōſtat neminē the/
banoꝝ poſt hac ei uacuas adieciſſe ꝓces.Hæc qdē de thebis.Cæteꝝ coactis in iſthmo græcis ac expeditio/
nē in Perſas decernētibus:Alexāder īperator appellatus.Qui cum pluris philoſophos & primarios ī ciui/
tate uiros ſibi obuios & cōgratulātes habuiſſet:idētidē factuꝝ Diogenē ſinopēſem exiſtimauit:q ꝑ id tp̄s
Corīthi uerſabat́.At is pauci faciēs alexandꝝ ī Cranio diuerſoꝝ hēbat.Quo tum ꝑgēs alexāder ad ſolem
apricātē offendit.Ille ut tā illuſtris aduētare uiros uidit:paulū ſedit.Alexandꝝ ſuſpiciēs eodē familiariter ſa
lutato:rogat alexāder rei nec cuiuſq̄ īdigeat cui diogenes parūꝑ:ait ab ſole mihi ſecedaſ.Qua ī re ꝙ is regiū
ſplēdorē amplitudinēue nihil fecerit:adeo delectatū admiratūꝗ ferunt alexandꝝ.ut eo diſcedēte cū amici
irriderēt& ꝑ iocū morderēt:dixerit:Ego ꝓfecto niſi Alexāder eſſem:Diogenes eē uellē.Volēs āt illius gra/
tia expeditiōis diuinū cōſulere oraculū:Delphos uenit.Ttum forte nefaſti dies agebāt́:ī qbus nefari qdem
illi mos eſt oraculo.Quāobrē cum ipſam prío uatē reluctātē ſeꝗ lege tuentē oraſſet:ipſe īuitā trahēs tēplū
aſcendit.Ea uero ſtudio ac hoīs īportunitate uicta:īuictus es īquit fili.Qua uoce accepta alexāder had alio
ſibi opus eſſe uaticinio dixit:ueꝝ aſſecutum ſe qđ ab ea cupiebat oraculum.Eo deīde ad exercitū ꝓficiſcen
te:cum alia deoꝝ uiſa ꝓdigia.tum uero orphei ſimulachrum:qđ ī libethriſ ex cupſſo extat:multū ꝑ id tp̄s
ſudorem emiſiſſe tradit́.Vniuerſos eo ꝓdigio terrefactos bona ſpe eē iuſſit ariſtāder.ſempiternæ nāꝗ me/
moriæ illius geſta futura ſudorē maximū laborēue poetis ac maſuꝝ cultoribus allatura.Copiaꝝ numeꝝ
q minimum aſſerunt:tricena milia peditū ac eqtum qnꝗ fuiſſe tradunt:q uero plurimū:peditū q̄drīgen/
ta milia eqtum āt q̄dragita extitiſſe ſcribunt:qbus ariſtobolus nō nſi ſeptuagita talentoꝝ cōmeatum fuiſ/
ſe ꝓdidit trigīta ſolummodo dieꝝ cibaria Oneſicritus ēt ducenta æris alieni talenta cōflaſſe alexādrū.Qui
tāetſi tot cōpreſſus reꝝ anguſtiis:tā ardua moliret́:nō āte nauem cōſcendiſſet tradit́:q̄ rebus amicoꝝ pen
ſitatis huic qdem agꝝ:illi uillā:alteri domoꝝ ꝓuentum:nōnullis portoria elargitus eſt.Abſumptis & fer/
me diſtributis regiis opibus:qd tibi rex ſup eſt:Perdicas inqt.Cui alexāder:ſpes ait.tum ꝑdicas:hæc nobis
cōmilitonibus tuis futura cōmunis eſt.Obſignatum igitur ſibi ꝓdium recuſante Perdica: qdā identidem
ex amicis factitarunt.Cæteꝝ quiſqs aut acceperit aut poſtularit.ei prōptiſſimo gratificatus eſt animo.Re/
bus hoc pacto macedonicis cōſumptis particiſꝗ:tali cōſilio ac animi diſpoſitione cōcitus Helleſpontū tra/
iecit.Inde petens illion ꝑfecto ſacrificio Mineruæ: ſemideiſꝗ parētauit.Deinde ad achillis ſtatuā una cum
ſociis unguento delibutus nuduſꝗ de more circūcurrēs eā coronis ornauit:fœlicē illū appellās:ꝙ uiuo qui
dē tam fidū amicū mortuo aūt tā magnū cōtigit habuiſſe ꝓconē. Eum ciuitatē poſtmodum ꝑluſtrātē ac
uiſentē īterrogāt quidā alexādꝝ.Paridis ne citherā uidēre cuperet:ea minime ſibi curæ eſſe reſpōdit:achil
lis uero citheram quæritaſſe:qua ille fortiſſimoꝝ geſta uiroꝝ & res inclytas decantare ſolebat : interea cū
Dari præfecti magna manu coacta acies pro Granici tranſitu:ꝓinde ac aſiæ portis diſpoſuiſſent.Intrare uo
lētibus nō niſi prælio cōmiſſo irrumpere licebat.Subinde ꝓfundi ac undoſi amnis īpetus & ripæ ulterio/
ris aſperitas:q̄ nō ſine collato Marte ſuperāda erat plurimos terrore cōfecerat.Quidam etiā iuni mēſis ob/
ſeruandā religione exiſtimabāt:qppe cum eo tp̄e exercitum deducere haud Macedoniæ regibus mos ſit:
Quā rē facile correxit Alexāder:ipſum ſecundum uociterari maiū edicēs.Cūꝗ Parmenio ea minime tēta/
re ꝑicula ſineret:ꝙ id q̄ ſeꝝ tēpus eēt:futuꝝ inqt:ut Helleſpōtus erubeſceret:Si eo ſuꝑato Granicum exti/
meſceret.Quo dicto raptis ſe cum tribus ac decē ordinibus eqtum flumē irrumpit.Vbi cum ſeptos armis
eqtes cōtra prærupa loca hoſtileſꝗ ſagittas urgeret:ac obruente fluminis uortice amentia magis furereq̄
ratione aut cōſilio militiā gerere uidebatur.Poſtq̄ euaſit(uix dum ripā ſummo labore ac difficultate tenue
rat:erat.n.locus cum udus tum cœno lubricus)cum e ueſtigio conferti aduerſus irruentes:prius q̄ ſuos ꝓ
acie locare facultas eſſet:cōferre manum coactus eſt.Illi.n.clamore īcumbētes equoſꝗ eqs cōferentes ha/
ſtis agebāt:qbus fractis mucronibus decertabat́.Cæterum aduolātibus in eum plurimis(erat.n.tum pel/
ta tum caſſidis iuba īſignis:q̄ circum cādidiſſimæ utriꝗ miꝝ īmodum pēne ſurgebāt)ab unius iaculo ſub
thoracis lamina ictus: haud ſauciatus tamē eſt īde cum triſacē ſimul ac Spithridatē regis ꝓfectos ī ſe cōci/
tos ferri cerneret: deuitato Spithridate triſacē petit:cui cum thoracē īduto haſtam īfregiſſet:gladium cri/
ſpat.His itaꝗ cōſertis ex obliquo adacto Spithridates equo auide īſurgens conum barbarica bipenni diſſi
pat:altera penna deiecta cuius:ictui pene ceſſit galea:adeo ut crines alterā bipennis pinna perſtrinxerit.Spi/

